

Carl Pleijel

CAROLI LINNÆI

S:Æ R:IGIÆ MITIS SVECIÆ ARCHIATRI; MEDIC. & BOTAN.
PROFESS. UPSAL: EQUITIS AUR. DE STELLA POLARI,
NEC NON ACAD. IMPER. MONSPEL. BEROL. TOLOS.
UPSAL. STOCKH. SOC. & PARIS. CORESP.

SPECIES
PLANTARUM.

EXHIBENTES

PLANTAS RITE COGNITAS.

AD

GENERA RELATAS.

CUM

DIFFERENTIIS SPECIFICIS,
NOMINIBUS TRIVIALIBUS,
SYNONYMIS SELECTIS,
LOCIS NATALIBUS,

SECUNDUM

SYSTEMA SEXUALE

DIGESTAS.

TOMUS I.

Cum Privilegio S. R. Mitis Succiæ & S. R. Mitis Polonica ac Elefloris Saxon.

HOLMIÆ,
IMPENSIS LAURENTII SALVII.
1753.

Ignoto Genere proprio
nulla descriptio, *quis accurata tradita,*
certam demonstrat,
sed plerumque fallit.
CÆSALP. *presai.*

STORMAGTIGSTE ALLERNÄDIGSTE
KONUNG OCH DROTTNING
ADOLPH FRIDERIC,
LOVISA ULRICA,
SVERIGES GÖTHES OCH VENDES
KONUNG OCH DROTTNING!



DRA MAJESTETER är jag
allerunderdånigst skyldig detta verk,
frukten af min måsta och bästa lef-
nad, det jag nu under *EDRA*
MAJESTETERS milda regering fått med
nögd och roligt sinne fullborda.

EDRE MAJESTETER hafva, i från första lyckeliga ankomsten til riket, städse ansett mig med blida strålar, kallat mig som ofkast til Sit Hof, och betygat emot mig all Kongelig nåd.

EDRE MAJESTETER hafva ock gifvit den Vetenskapen, som jag idkat ljus och anseende i Sit Rike, då EDRE MAJESTETER ej allenast allernådigtst låtit Skaparens underverk för sig beskrifvas, utan ock hopkallat allehanda jordenes inbyggare af alla tre Naturens riken, samt befalt dem inlogeras uti sina präktiga lust-slott Ulriksdahl och Drottningholm, der desse, liksom deputerade från hela vida världen, så dageligt företråde för MAJESTETENS ögon.

Tror mig altså ej säga för mycket, då jag rent ut bekänner, at ifrån den visa Konung Salomons tid och Drottningens af rika Arabien, inga Potentater gjordt på den Alsmågtiga Skaparens underverk större aktning.

Ty bör och skal denna Vetenskap täfla med alla andra minnesmärken, at göra EDRE MAJESTETERS namn odödeliga, då den
in-

*inpräglar dem i Naturens egen bok, som ärligen
d nyo uplägges, at blifva med Jordklotet lika
beständig.*

*Himmelen göre EDRA MAJESTE-
TERS dagar och regering lång och lyckelig,
så vift jag lesver och dör*

EDRA KONG. MAJESTETERS

allerunderdänigste och tropliktigste
tjänare och underfåte
CARL LINNÆUS.

LECTORI ÆQUO.

Homo sui conscius observat MUNDUM esse omnipotentis theatrum, undique adornatum summis Omniscentiæ sapientiæ miraculis, se vero in hunc, tamquam Hospitem introductum, ut hisce deliciis sese delectando magnificentiam Domini agnoscat. Indignus profecto is censendus hospes, qui, pecoris instar, tantum gulæ inservit, nec magnalia possessoris intueri atque æstimare novit.

HOSPITES ut digni evadamus orbis, opera hæc Creatoris scrutari nobis necesse est, quæ ita cum nostris commodis combinavit summum Ens, ut eis, unde omnia nostra bona desumimus, carere nulla ratione quæamus; & quo magis hæc intelligimus, eo etjam plura in usum generis humani cedunt.

COGNITIONEM horum ut rite acquiramus, singula distincta *Idea* & distincto *Nomine* complecti oportet, quibus sepositis copia rerum nos obruat necesse est, & commercium omne, deficiente communi lingua, cessabit.

SCIENTIA NATURÆ inde inter Homines nata est, quæ comprehendit sub *Physica* & *Chemia* Elementa, sub *Zoologia*, *Botanica*, *Lithologia* tria Naturæ regna.

REM HERBARIAM heic libare lubet, quæ quondam paucarum plantarum erat Scientia; hodie vero copia delectorum evasit omnium amplissima.

INVENTORUM recentioris ævi indefessis laboribus notitiam debemus plurium Plantarum, quam omnibus priscorum temporum eruditis, inter quos imprimis nominandi *Clusus*, *Columna*, *Baubini*, *Hermannus*, *Rheede*, *Sherardus*, *Rajus*, *Plukenetius*, *Tournefortius*, *Plumierus*, *Vaillantius*, *Dillenius*, *Gmelinus*. &c.

NOTI-

LECTORI.

NOTITIA plantarum constabat quondam Nominibus arbitrariis, *memoriæ* tabulæ infixis, quam vacillantem *I-cones* sublevabant.

SYSTEMATICORUM sapientia indagavit ordinem qui memoriæ succurreret, & scientiam solidis fundamentis inædificaret, quem debemus Principibus Viris *Gesnero, Cæsalpino, Bauhino, Morisono, Hermanno, Tournefortio, Vaillantio, Dillenio*, aliisque.

ARIADNEUM hoc filum Systematicorum terminabatur *Generibus*, quod tentavi ad *Species* usque extendere, confectis legitimis harum differentiis, ut etjam in hisce sua sibi constaret certitudo, quum *omnis vera cognitio cognitione specierum innitatur*; hac enim dificiente vacillat & historia, ut in plerisque *Peregrinatorum* diariis.

SPECIES plantarum ut mihi familiares redderem, peragravi Alpes *Lapponicas*: totam *Sueciam*: partem *Norvegiæ, Daniæ, Germaniæ, Belgii, Angliæ, Galliæ*: perquisivi deinde HORTOS Botanicos: *Parisinum, Oxoniensem, Cbelsejanum, Hartecampensem, Leidensem, Ultrajectinum, Amstelædamensem, Upsaliensem* aliosque: evolvi etjam HERBARIA *Burseri, Hermanni, Cliffortii, Burmanni, Gronovii, Royeni, Sloanei, Sberardi, Bobarti, Milleri, Suriani, Tournefortii, Vaillantii, Jussieui, Beckii* &c. Meo suafu DISCIPULI quondam dilectissimi: *P. Kalmius* Canadam, *F. Hasselquist* Ægyptum, *P. Osbeck* Chinam, *P. Læsting* Hispaniam, *Montin* Lapponiam adire, plantasque lectas mecum communicarunt. E variis terris demum misere Amici BOTANICI semina plantasque ficas non paucas, uti *B. Jussieu, Royenus, J. Gesnerus, Wachendorfsius, Sibtorpius, Montius, Gleditschius, Krascheninnikoffius, Minuartius, Velezius*, nec non *Q. Munchhausen L. B, S. C. Bielke L. B, J. Ratgeb Equ. Demi-*

LECTORI.

Joss Nob. *Collinson*, *Torën*, *Braad*, aliisque *Clifford* omnes quas in duplo habuit: *Lagerström* indiæ orientalis plurimas: *Gronovius* plerasque Virginicas & *Gmelinus* Sibericas facile omnes, at *Sauvageus* integrum suum thesaurum plantarum dedit, exemplo raro & inaudito, unde factum, ut copiam plantarum obtinuerim non mediocrem.

DIFFERENTIAS Specificas antehac Plantis non paucis imposui in Flora *Lapponica*, *Suecica*, *Zeylanica*, in Horto *Cliffortiano*, *Upsaliensi*. Iisdem principiis institere præstantissimi Botanici *Gronovius*, *Royenus*, *Wachendorff*, *Gorter*, *B. Jussieus*, *Le Monier*, *Gvettard*, *Dalibard*, *Sauvages*, *Colden*, *Hill*, inque non paucis *Hallerus*, *Gmelinus* aliique, quorum opera plurimæ Species evasere ratæ & evidentes.

NOMINA hæc passim dispersa in gratiam studiosorum consultum duxi colligere, acquiritas dein plantas addere, inque unum Systema reducere; at vero pluribus *Speciebus* observatis, præstantioribus *notis* detectis, aptioribus *Terminis* cusis, debui interdum differentias emendare, antea quamvis optimas.

Characteres essentielles pro **NOMINE SPECIFICO** constituere non levidense opus est; requirit enim *Specierum* plurium accuratam cognitionem, harum attentissimam *partium* indagationem, *differentium* selectionem, *Terminorum* denique artis propriam applicationem, ut evadant compendiosissimi tutissimique.

NON VISAS plantas heic omisi, toties elusus ab auctoribus, nè dubia certissimis miscerem, si vero aliquando contigerit non sufficienter inspexisse plantam, vel specimen imperfectum obtinuisse, signo † hoc notavi, ut alii eandem accuratius examinent.

Non

LECTORI.

Non nominatas in hoc Libello plantas, si quis ad me mittere velit, eas in proxima editione V. D. recensero cum honorifica recensione datoris.

NUMERUM plantarum totius orbis longe parciolem esse, quam vulgo creditur, satis certo calculo intellexi, utpote qui vix ac ne vix 10000 attingat.

TRIVIALIA nomina in margine apposui, ut missis ambagibus, uno quamlibet Herbam nomine complecti queamus; hæc vero absque selectu potui, quippe quem alius dies poscit. Caveant autem quam sanctissime omnes sani Botanici, umquam proponere nomen triviale sine sufficienti differentia specifica, ne ruat in pristinam barbariem scientia.

SYNONYNA paucissima in EUROPÆIS plantis adhibui, contentus C. *Baubino* & *Iconographo* præstantiore; in EXOTICIS vero plura, quum difficiliora minusque trita sint.

DESCRIPTIONES tantum in obscuris adhibere necessum fuit, easque sine ambagibus, ut obtinerem compendium tironibus gratum.

LOCA natalia more meo adjeci, inque notissimis *Fruticantes* ♀, *Perennes* ♀, *Biennes* ♂, *Annuae* ⊙ notavi.

GENERA nonnulla nova, nonnulla *immutata* adhibui, quæ in nova editione Generum plantarum propediem sistere animus est.

ADVERSARIORUM tela nunquam retorsi: acerrima convitia, infimulationes, cavillationes, buccinationes, (præstantiorum longe Virorum, omni ævo, laboris præmia) tranquillo animo sustinui, nec suis auctoribus hæc invideo, si inde ipsis apud vulgus gloria major.

LECTORI.

ior. Fero hæc, quæ in me ne capillum quidem mutant, & cur non ferrem iniquos, qui a veris Botanicis & quidem consummatissimis, quibus assurgere debent illi, summis cumulatus sum encomiis. Parem deinde adversariis referre gratiam, nec anni ingravescentes, nec munus, quo fungor, nec mei mores patiuntur. Quod mihi superest brevioris ævi, tranquillus utilioribus observationibus impendam. Res naturales enim proprio privilegio munitæ persistunt, ut quemadmodum errores in his commissi a nullo defendi, ita nec veritates observationibus innixæ a toto eruditorum orbe conculcari possint; iudices itaque provoco seros Nepotes:

*Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,
Tum suus ex merito quemque tuetur honos.*

Dabam 1753 d. 2 Maji. Upsaliæ.

AUCTORES REFORMATORES.

- PROPRIA** Genera plantarum. *Lugd.* 1752. oct.
 Philosophia Botanica. *Holmiæ.* 1751. oct.
 Hortus Cliffortianus. *Amstel.* 1737. fol.
 Hortus Upsalientis. *Holmiæ* 1748. oct.
 Flora Sueclca. *Holmiæ* 1745. oct.
 Flora Lapponica. *Amstel.* 1737. oct.
 Flora Zeylanica. *Holmiæ* 1747. oct.
 Viridarium Cliffortian. *Amstel.* 1737. oct.
 Materia Medica. *Holmiæ* 1749. oct.
 Amœnitat. Academ. 1. *Lipsiæ.* 1749. oct.
 Amœnitat. Academ. 2. *Holmiæ* 1751. oct.
 Iter Oelandicum. *Holmiæ* 1745. oct. succ.
 Iter Gotlandicum. *Holmiæ* 1745. oct. succ.
 Iter Westrogothicum. *Holmiæ* 1747. oct. succ.
 Iter Scanicum *Holmiæ.* 1751. oct. succ.
 Acta Upsalient. R. soc. *Holmiæ* 1740. 3c. quart.
 Acta Stockh. R. soc. *Holmiæ* 1739. 3c. oct succ.

* *

- KALM** PETR. Plantæ canadenses propediem edendæ.
HASSELQUIST FR. Pl. ægypti in act. ups. & epistolis.
OSBECK PETR. Pl. chinenses in literis, Msc.
LOEFLING PETR. Pl. hispanicæ in epistolis, Msc.

* * *

- GRONOVIVS** J. F. Flora virginica 1. 2. *Leidæ* 1739. oct.
ROYEN ADR. Flora leidentis. *Leidæ* 1740. oct.
GORTER DAY. Floræ geiro-zulphan. *Harderv.* 1745. oct.
JUSSIEU B. Pl. rariores vatiæ in lit. & act. paris.
GUETTARD M. Observations sur les plantes. *Paris.* 1747. oct.
DALIBARD M. Flora parisiensis. *Paris.* 1749. duod.
SAUVAGES FR. Flora monspeliensis. *Hagæ* 1751. oct.
COLDEN CONR. Plantæ coidinghamiæ. act. ups. 1743. quart.
WACHENDORFF E. J. Hortus Ultrajectinus. *Traject.* 1747. oct.
HALLER ALB. Stirpes helveticæ. *Götting.* 1742. fol.
LUDVIG C. G. Genera Aphorismi, *Lips.* 173. oct.
GELIN J. G. Flora Sibirica 1. 2. *Petrop.* 1750. 3c. quart.
MONIER LUD. GUIL. cat. des pl. en Auvergne &c. *Par.* 1745. p.
BÜTTNER D. G. Plantæ cunonis. *Amstel.* 1750. oct.
HILL JOH. Historis of plants. *Lond.* 1751. fol.
MITCHEL JOH. Genera pl. virglnic. *E. N. C.*
MONTI CAJET Genus Aldrovandæ &c. *Inst. Bonon.* Vol. 2.
SESLERUS LEONH. Epistola de vitaliana. *Venct.* 1750. fol.

USI-

USITATIORES.

*

Bauhini	pinax.		
Bauhini	Historia pl.		
Camerarii	epitome.		
Columnæ	ecphrasis.		
Clusii	historia.		
Dodonæi	pemptades.	Lobelii	Icones.
Fuchsi	historia.	Brunsfelfii	Historia.
Dalechampii	historia.	Tabernæmontani	Historia.
Marcgravii	brasilia.		
Alpinus	exotica.	Cornuti	Canadenses
Læselii	prussica.	Renealmi	Specimen.

* *

Morisoni	historia. 2. 3.		
Raji	historia. 1. 2.	Supplementum 3.	Synopsis 3:tia
Plukenetii	Almagestum,	Phytographia.	
Petiveri	gazaphylacium.		
Sloani	Jamaica.		
Hermannii	Hort. lugdabat.	Paradisus.	
Rheede	Hort. malab.		
Commelini	Hort. amstel. 1. 2.	Prælua.	
Breyonii	Centuria.	Prodrumus a filio.	
Dodarti	memoires.		Rivini Ordines.
Tournefortii	institutiones.		
Plumierii.	Genera, Species, Americana,	Filices.	
Fewillæi	peruviana.		
Isnard	acta parisiensia.		
Bocconis	Museum,	Siculæ plantæ.	
Barrelieri	Icones.		

* * *

Boerhavii	Hortus lugd-batavus.		
Kæmpferi	Amœnitates exoticæ.		
Scheuchzeri	Gramina; Itinera alpina.		
Michellii	Genera nova.		
Vaillantii	Acta parisiensia. Flora parisiensia.		
Monti	Gramina.	Tilli	Hortus pisanus.
Buxbaum	Centuria.		
Catesby	Carolina 1. 2. 3.	Martyni	Centuria.
Burmanni	Zeylanica, africanarum decades.		
Amanni	Ruthenica, Herbarium.		
Dillenii	Elthamenses, Musci.		
Seguieri	Verona.		

* *
* *

*
* *

* *
* *

Clas-

Kali geniculatum majus. *Baub. pin.* 289. *Morif. hist.*
p. 610. *f.* 5. *t.* 33 *f.* 7. *Raj. hist.* 211.
Habitat in Arabia.

- virginia.* 3. SALICORNIA articulis apice compressis emarginatis
 bifidis.
 Salicornia caulium ramorumque articulis apice bicorniu-
 bus *Gron. virg.* 129.
Habitat in Virginia, & ad Salinas Saxoniae. ☉
- raspica.* 4 SALICORNIA articulis cylindricis, spicis filiformi-
 bus.
 Kali arborescens, tamarisci facie. *Buxb. cent.* 1. *t.* II. *f.* 1
Habitat in squalidis maris Caspii & Mediae. ☉

HIPPURIS.

- vulgaris* 1. HIPURIS. *Fl. lapp.* 1. *Fl. succ.* 2. *Hort. cliff.* 3.
Roy. lugdb. 205. *Dalib. paris.* 1.
 Equitetum palustre, brevioribus foliis, polyspermum.
Baub. pin. 35.
Habitat in Europæ fontibus. ☉

DIGYNIA.

CORISPERMUM.

- hyssopifol.* 1. CORISPERMUM floribus lateralibus. *Hort. ups.* 2.
 Corispermum floribus alternis. *Hort cliff.* 3. *Fl. gotl.*
 316. *Roy. lugdb.* 205. *Sauv. monsp.* 52.
 Corispermum hyssopifolium. *Fuss. act.* 1712. *p.* 244.
Habitat ad Wolgam Tartariae, Gillau Borussiae, Monspe-
lli arcensis ☉
- squarrosum.* 2. CORISPERMUM spicis squarrosis. *Hort. ups.* 3. *
 Rhagrostis foliis arundinaceis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 30. *t.* 55.
Habitat ad Wolgam Tartariae, inque desertis Cossaco-
rum. ☉

BLITUM.

- capitatum.* 1. BLITUM capitellis spicatis terminalibus. *Hort. ups.* 3.
 Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis,
 capitulis summis nudis. *Virid. cliff.* 1. *Roy. lugdb.* 206.
 Blitum foliis triangularibus dentatis. *Hort. cliff.* 28.
 Atriplex baccifera. *Ray. hist.* 197.
Habitat in Europa: praesertim in comit. Tyrolensi. ☉
- virgatiss.* 2. BLITUM capitellis sparsis lateralibus. *Hort. ups.* 3.
 Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis,
 tis,

tis, capsulis summis foliosis. *Hort. cliff.* 495. *Roy. lugdb.* 206.

Atriplex sylvestris, mori fructu. *Baub. pin.* 119.

Habitat in Tataria, Hispania. ☉

CINNA.

1. CINNA.

arundinacea.

Habitat in Canada, unde semina per *D. Kalm.* 2

Gramen magnitudine *Avenæ sativæ*. Folia fere *arundinacea*, *leviuscula*. Panicula densa, *flaccida*. Flores conferti, *secundi*, lateribus calycis & petalo majore scabri. Arista infra apicem *Glumæ majoris petali brevissima*. *Gramen inamænum* stamine unico spectabile.

Classis II.

DIANDRIA

MONOGYNIA.

NYCTANTHES.

- arbor tristis.* 1. NYCTANTHES caule tetragono, foliis ovatis acuminatis, pericarpis membranaceis compressis. *Fl. zeyl* 11.
Arbor tristis myrto similis. *Baub pin* 469.
Manja-pumeram. *Rheed mal.* 1. p. 35. t. 21.
Habitat in India. †
- Sambac.* 2. NYCTANTHES foliis inferioribus cordatis obtusis, superioribus ovatis acutis. *Hort. upf.* 4.
Nyctanthes caule volubili, foliis subovatis acutis. *Hort. cliff.* 5. *Hort. upf.* 4. * *Flor. zeyl.* 12. *Roy. lugab.* 398.
Jasminum arabicum. *Claf. cur.* 3. t. 3. *Angl. hort. t.* 27.
Habitat in India. †
- undulata* 3. NYCTANTHES foliis ovatis acuminatis undulatis, ramis teretibus.
Jasminum indicum, flore polypetalo exalbido, fructu minori. *Ray. hist.* 1601.
Tsieregam-mulla. *Rheed. mal.* 6. p. 97. t. 55.
Habitat in Malabaria. †
- hirsuto.* 4. NYCTANTHES periolis pedunculisque villosis. ☉
Rava-pou. *Rheed. mal.* 4. p. 99. t. 48.
Habitat in India. †
- angustifolia.* 5. NYCTANTHES foliis obtusis lanceolatis ovatisque Jasminum indicum angustifolium, fructu gemino. *Tournef. inst.* 598.
Katy-pittiegam mulla. *Rheed. mal.* 5. p. 93. t. 53. *Ray. hist.* 1602.
Habitat in Malabariz arenosis. †

JASMINUM.

1. JASMINUM foliis oppositis pinnatis. *Hort. cliff.* 5. *officinale.*
Hort. ups. 5. *Mat. med.* 9. *Roy. lugdb.* 397.
Jasminum vulgatus, flore albo. Baub. pin. 397:
Habitat in India. 5
2. JASMINUM foliis oppositis ternatis. *Hort. cliff.* 5. *azoricum.*
Fl. zeyl. 13. *Roy. lugdb.* 397.
Jasminum azoricum trifoliatum. Comm. hort. 1. p. 159.
t. 82.
Habitat in India.
3. JASMINUM foliis alternis ternatis simplicibusque, *fraticane.*
ramis angulatis. Hort. cliff. 5. *Hort. ups.* 5. *Roy.*
lugdb. 397. *Sauv. monsp.* 174.
Jasminum luteum vulgo dictum bacciferum. Baub. pin.
398.
Habitat in Europa australi. 5
4. JASMINUM. foliis alternis ternatis pinnatisque, *ra- humile.*
mis angulatis. Hort. ups. 5.
Jasminum foliis alternis ternatis acuminatis. Hort. cliff.
6. Roy. lugdb. 398.
Jasminum humile luteum. Baub. pin. 397.
Habitat - - - - - 5
5. JASMINUM foliis alternis ternatis pinnatisque, *ra- odoratissim.*
mis teretibus. Hort. ups. 5.
Jasminum foliis alternis ternatis obtusis. Hort. cliff. 5.
Roy. lugdb. 397,
Jasminum indicum flavum odoratissimum. Ferr. cult. 93.
Habitat in India? 5

LIGUSTRUM.

1. LIGUSTRUM. *Hort. cliff.* 6. *Fl. suec.* 4. *Roy. lugdb. vulgars,*
398. Dalib. paris. 2.
Ligustrum germanicum. Baub. pin. 475
Habitat in Europæ collibus glareosis. 5

PHILLYREA.

1. PHILLYREA foliis lanceolatis subintegerrimis. *Hort. angustifol.*
ups. 5.

Phillyrea foliis ovato-lanceolatis vix crenatis. *Hort. cliff.*
4. *Roy. lugdb.* 398.

Phillyrea ligustri folio. *Baub. pin.* 476.

β. Phillyrea foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 4.
Roy. lugdb. 398.

Phillyrea angustifolia 1. 2. *Baub. pin.* 476.

Habitat in Europæ australioris collibus. ♪

latifolia.

2. PHILLYREA foliis cordato-ovatis ferratis. *Hort. cliff.*
4. *Hort. ups.* 6. *Roy. lugdb.* 398.

Phillyrea latifolia spinosa. *Baub. pin.* 476.

Phillyrea folio leviter ferrato. *Baub. pin.* 476

Habitat in Europa australi. ♪

OLEA.

europæa.

1. OLEA foliis lanceolatis.

Olea foliis lanceolatis, ramis teretiusculis. *Hort. cliff.* 4.
Mat. med. 10. *Roy. lugdb.* 398.

Olea sativa. *Baub. pin.* 472.

β. Olea foliis lanceolatis, ramis tetragonis. *Hort. cliff.* 4.
Roy. lugdb. 399.

Olea sylvestris, folio duro subtus incano. *Baub. pin.* 472.

Habitat in Europa australi. ♪

capensis.

2. OLEA foliis ovatis. *Hort. cliff.* 4. *Roy. lugdb.* 399.

Ligustrum capense sempervirens, folio crasso subrotundo. *Dill. elth.* 193. t. 170. f. 194.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♪

CHIONANTHUS.

virginica.

1. CHIONANTHUS pedunculis trifidis trifloris.

Chionanthus. *Hort. cliff.* 17 *Gron. virg.* 10. *Roy. lugdb.* 17.

Amelanchier virginiana, laurocerasi folio. *Pet., sicc.*
241. *Catesb. carol.* 1. p. 68. t. 68.

Habitat in America septentrionali. ♪

zeylonica.

2. CHIONANTHUS pedunculis paniculatis multifloris.

Fl. zeyl. 14.

Arbor zeylanica, cotini foliis subtus lanugine villosis.

Burm. zeyl. 31.

Habitat in Zeylona. ♪

SYRINGA.

1. SYRINGA foliis ovato cordatis. *Hort. cliff.* 6. *Hort. vulgaris.*
ups. 6. *Roy. lugdb.* 397. *Dalib. paris.* 2.
Syringa cærulea. *Bauh. pin.* 398.
Habitat versus Persiam. 5
2. SYRINGA foliis lanceolatis. *persica.*
 α. *Syringa foliis lanceolatis integris.* *Hort cliff.* 6. *Hort.*
ups. 6. *Roy. lugdb.* 397.
 β. *Syringa foliis lanceolatis integris dissectisque laciniata.*
Hort. cliff. 6. *Hort. ups.* 6. *Roy. lugdb.* 397.
Ligustrum foliis laciniatis. *Bauh. pin.* 476.
Habitat in Persia? 5

ERANTHEMUM.

- . ERANTHEMUM. *Fl. zeyl.* 15. * *Amn. acad.* 385. * *capense.*
Ephemerum lychnidis flore africanum. *Herm. parad.* 153.
Amm. herb. 232.
Habitat in Æthiopia.

CIRCÆA.

1. CIRCÆA caule erecto, racemis pluribus. *lutetiana;*
Circæa. *Fl. suec.* 5. *Hort. cliff.* 7. *Roy. lugdb.* 303.
Dalib. paris. 3.
Solanifolia Circæa dicta major. *Bauh. pin.* 168. *It. w-*
goth. 213.
 β. *Circæa canadensis latifolia, flore albo.* *Tournef. inst. caudensis.*
 301.
Habitat in Europæ & Americæ borealis nemoribus. 2
Hæc sesquipedalis caule erecto, Racemis terminali & la-
teralibus; Perianthium consistens calycina, s. corol-
la longe crassius, rudiusque, nec corollæ concolor.
2. CIRCÆA caule ascendente, racemo unico. *alpina.*
Circæa calyce colorato. *Fl. lapp.* 3.
Solanifolia Circæa alpina. *Bauh. pin.* 168.
Habitat ad radices montium in frigidis Europæ. 2
Planta vix digiti longitudine, magis procumbens, calyce
colorato, uti corolla; differt quidem a priori, attamen
nimis affinis.

VERONICA.

* *Spicatæ.*

1. VERONICA spicis terminalibus, foliis quaternis qui- *virginica.*
 nisve.

Vero-

Veronica foliis quaternis quinisve. *Hort. cliff.* 7 * *Gron. virg.* 4. *Roy. lugdb.* 301. *Cold. noveb.* 3.

Veronica virginiana procerior, foliis ternis, quaternis & etiam quinis caulem amplexantibus, spicis florum candidissimis. *Pluk. alm.* 383. t. 70. f. 2.

Habitat in Virginia. 2.

spuria. 2. *VERONICA* spicis terminalibus, foliis ternis æqualiter ferratis. *Hort. upf.* 7. *

Veronica spicata angustifolia. *Bauh. pin* 246.

Veronica mas surrecta elatior. *Barr. rar.* 155. t. 891.

Habitat in Europa australiore, Sibiria. 2

maritima. 3. *VERONICA* spicis terminalibus, foliis ternis inæqualiter ferratis.

Veronica floribus spicatis, foliis ternis. *Fl. suec.* 6.

Veronica foliis sæpius ternis. *Virid. cliff.* 2. *Hort. cliff.* 7. *Roy. lugdb.* 301.

Veronica caule erecto, spicis pluribus, foliis lanceolatis ferratis. *Fl. lapp.* 4.

Habitat in maritimis Europæ macris apricis. 2

longifolia. 4. *VERONICA* spicis terminalibus, foliis oppositis lanceolatis ferratis acuminatis. *Hort. upf.* 7. *

Veronica spicata latifolia. *Bauh. pin* 246.

Veronica i erectior latifolia. *Clus. hist.* 1. p. 346.

β. *Veronica* spicata longifolia altera. *Amm. ruth.* 26.

γ. *Veronica* spicata, urticæ folio. *Amm. ruth.* 26.

Habitat in Tataria, Austria, Suecia. 2

incana. 5. *VERONICA* spicis terminalibus, foliis oppositis crenatis obtusis, caule erecto tomentoso. *Hort. upf.* 7. *

Veronica caule fruticoso, foliis oblongis: inferioribus crenatis petiolatis; superioribus sessilibus integerrimis.

Roy. lugdb. 530.

Veronica spicata lanuginosa & incana, floribus cæruleis. *Amm. ruth.* 30.

Habitat in Ucraina, Samara. 2

spicata. 6. *VERONICA* spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis, caule ascendente simplicissimo.

Veronica floribus spicatis, foliis oppositis, caule erecto. *Fl. suec.* 7. *Dalib. paris.* 3.

Veronica foliis oppositis, caule spica terminato. *Hort cliff.* 8. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica spicata minor. *Bauh. pin.* 247.

Habitat in Europæ borealis campis. 2

7. VERONICA spicis terminalibus, foliis oppositis ob-
tuse serratis scabris, caule erecto. *bybrida.*
Veronica spicata cambrobritannica, bugulæ subhirsuto
folio. *Raj. syn. 3. p. 278. t. 11. f. 1.*
Habitat in Europa varius.
Obs. *Folia veronicæ sequentis, Caulis præcedentis, sed*
spicæ majores pallidiores. ♀
8. VERONICA spicis lateralibus pedunculatis, foliis op-
positis, caule procumbente. *Mat. med. 11. officinalis.*
Veronica floribus spicatis, foliis oppositis, caule procum-
bente. *Fl. suec. 8. Dalb. parif. 3.*
Veronica caule repente, scapis spicatis, foliis oppositis o-
vatis strigosis. *Fl. lapp. 5. Hort. cliff. 8. Roy. lugdb. 302.*
Veronica mas supina & vulgatissima. *Bauh. pin. 246.*
Habitat in Europæ sylvestribus sterilibus. ♀
- * * *Corymboso-racemosa.*
9. VERONICA corymbo terminali, scapo nudo. *aphylla.*
Veronica foliis ovatis radicalibus, caule nudo. *Roy. lugdb. 302.*
Veronica alpina pumila, caule aphylo. *Bocc. mus. 2. p. 17. t. 1.*
Veronica parva saxatilis, cauliculis nudis. *Pluk. alm. 384. t. 114. f. 3. Segu. ver. 241. t. 31. f. 2.*
Chamædrys alpina minima hirsuta. *Bauh. pin. 247.*
Habitat in alpihus Europæ australioris. ♀
10. VERONICA corymbo terminali, caule adscendente *bellidoides.*
diphylo.
Veronica caule non ramoso, foliis obtusis crenatis, flo-
ribus congestis terminato, foliis ovatis subsperis. *Halt. helv. 531. t. 12. f. 1.*
Veronica alpina, bellidis folio. *Bauh. pin. 247. prod. 116 Burs. XII: 27.*
Habitat in Helvetia, Pyrenæis. ♀
11. VERONICA corymbo terminali, foliis oppositis *Bonarota.*
ferrato dentatis, calycibus linearibus.
Bonarota. Mich. gen. 19. t. 15. f. 12.
Pæderota Gen. pl. 11.
Chamædrys alpina saxatilis. *Bauh. pin. 248.*
Habitat in alpihus Italicis. ♀
12. VERONICA corymbo terminali, foliis oppositis, ca-
lycibus hispidis. *alpina*

Veronica floribus corymbosis terminalibus, calycibus hispidis. *Fl. suec.* 13.

Veronica caule floribus terminato, foliis ovatis crenatis. *Fl. lapp.* 7. t. 9. f. 4.

Veronica caule inferne procumbente fruticoso, foliis ovatis oppositis, racemo terminali. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica alpina frutescens. *Bauh. pin.* 247.

Habitat in alpidibus Europæ. 2

Serpyllifolia. 13. VERONICA racemo terminali subspicato, foliis ovatis glabris crenatis.

Veronica floribus solitariis subcorymbosis, foliis ovatis glabris crenatis. *Fl. suec.* 14. *Dalib. paris.* 4.

Veronica foliis inferioribus oppositis ovatis, superioribus alternis lanceolatis, floribus solitariis. *Hort. cliff.* 9.

Gron. virg. 4. *Roy. lugdb.* 302. *Cold. noveb.* 1.

Veronica floribus sparsis, foliis ovatis crenatis glabris. *Fl. lapp.* 6.

Veronica pratensis serpyllifolia. *Bauh. pin.* 247.

Habitat in Europa & America septentrionali ad vias, agros. 2

Beccabunga. 14. VERONICA racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Fl. suec.* 11. *Dalib. paris.* 7.

Veronica foliis oppositis lævibus crenatis, floribus racemosis lateralibus. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica foliis oppositis lævibus crenatis, floribus laxè spicatis ex alis. *Hort. cliff.* 8. *Gron. virg.* 4.

Anagallis aquatica major (minorque), folio subrotundo. *Bauh. pin.* 252.

Habitat in Europa ad rivulos. 2

Anagall. ▽ 15. VERONICA racemis lateralibus, foliis lanceolatis serratis, caule erecto. *Fl. suec.* 10. *Dalib. paris.* 7.

Veronica foliis oppositis lævibus crenatis, floribus laxè spicatis ex alis. *Gron. virg.* 4.

Veronica aquatica major, folio oblongo. *Bauh. pin.* 252.

Habitat in Europa ad fossas. ☉

scutellata. 16. VERONICA racemis lateralibus pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Fl. suec.* 9. *Dalib. paris.* 7.

Veronica foliis linearilanceolatis integris, racemis laxè floriferis. *Fl. lapp.* 9. *Hort. cliff.* 10. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica aquatica angustifolia scutellata. *Bauh. pin.* 252.

Habitat in Europæ inundatis. 2

17. VERONICA racemis lateralibus, foliis multifidis. *multifida*,
Veronica montana, folio vario. *Buxb. cent. 1. p. 24.*
t. 38.
Habitat in Armeniæ, Iberiæ graminosis. ♀
18. VERONICA racemis lateralibus, foliis ovatis rugo- *Chamædrys*.
sis dentatis, caule debili. *Fl. suec. 12. Dalib. parif. 4.*
Veronica foliis oppositis plicatis dentatis, scapis ex alis
inferioribus laxè spicatis. *Hort. cliff. 8. Roy. lugdb. 303.*
Veronica foliis cordatis sessilibus oppositis, racemis laxè
floriferis. *Fl. lapp. 8.*
Chamædrys spuria minor rotundifolia. Bauh. pin. 249.
Habitat in Europæ pratis. ♀
19. VERONICA racemis lateralibus, foliis cordatis ru- *latifolia*.
gosis dentatis, caule stricto.
Veronica foliis oppositis plicatis dentatis, scapis ex alis
superioribus laxè spicatis. *Hort. cliff. 9. Roy. lugdb.*
303.
Veronica pratensis omnium maxima. *Buxb. cent. 1. p.*
23. t. 34.
Chamædrys spuria major latifolia Bauh. pin. 248.
Habitat in Helvetia, Bithynia. ♀
- *** *Pedunculis unifloris.*
20. VERONICA floribus solitariis, foliis cordatis incis *agrestis*.
pedunculo brevioribus. *Fl. suec. 17. Dalib. parif. 6.*
Veronica foliis cordatis crenatis, floribus solitariis pe-
dunculatis. *Roy. lugdb. 303.*
Veronica foliis alternis cordatis crenatis, floribus solita-
riis. *Hort. cliff. 9.*
Alfne chamædryfolia, flosculis pediculis oblongis infi-
dentibus. *Bauh. pin. 250.*
Habitat in Europæ cultis, arvis. ☉
21. VERONICA floribus solitariis, foliis cordatis inci- *arvensis*
sis pedunculo longioribus. *Fl. suec. 16. Dalib. parif. 5.*
Veronica foliis oppositis cordatis crenatis, floribus soli-
tariis sessilibus. *Hort. cliff. 9. Gron. virg. 4. Roy.*
lugdb. 303.
Alfne veronicæ foliis, flosculis cauliculis adhærentibus.
Bauh. pin. 250.
Habitat in Europæ arvis, cultis. ☉
22. VERONICA floribus solitariis, foliis cordatis planis *kederaefolia*.
quingulobis. *Fl. suec. 18. Dalib. parif. 6.*

Veronica foliis alternis cordatis quinquelobis, floribus solitariis. *Hort. cliff. 9. Roy. lugdb. 303.*

Alfine hederulæ folio. *Baub. pin. 250.*

- β. Veronica chia, cymbalariæ folio, verna, flore albo: umbilico virescente. *Tournef. cor. 7. Buxb. cent. 1. p. 25. t. 39. f. 1.*

Habitat in Europæ ruderatis. ☉

- * *Obf. Semina umbilicata sunt huic propria.*

triphyllus.

23. VERONICA floribus solitariis, foliis, digitato-partitis pedunculo brevioribus. *Fl. suec. 19. Dalib. paris. 6*
Veronica foliis alternis: inferioribus quinquepartitis; superioribus tripartitis, floribus solitariis. *Hort. cliff. 9. Roy. lugdb. 302.*

Veronica triphyllus cærulea. *Baub. pin. 250.*

Habitat in Europæ agris. ☉

verna.

24. VERONICA floribus solitariis, foliis digitato-partitis pedunculo longioribus. *Fl. suec. 20.*

Veronica humilis erecta montana, flore parvo cæruleo.

Dill. app. 38.

Habitat in Sueciæ, Germaniæ, Hispaniæ aridis apricis. ☉

romana.

25. VERONICA floribus solitariis sessilibus, foliis oblongis subdentatis, caule erecto.

Veronica minima, clinopodii minoris folio glabro, romana. *Bocc. mus. 2. p. 29. t. 102. Vaill. paris. 201. t. 23. f. 3. Raj. suppl. 423.*

Veronica erecta, acini folio glabro, floribus cæruleis.

Dill. app. 39.

Habitat in Europæ australioris agris. ☉

Planta nostra gerit folia magis oblonga, quam illa a Valantio picta.

peregrina.

26. VERONICA floribus solitariis sessilibus, foliis lanceolato-linearibus glabris obtusis integerrimis, caule erecto. *Fl. suec. 15. **

Veronica terrestris annua, folio polygoni, flore albo.

Morif. hist. 2. p. 322. f. 3. t. 24. f. 19.

Habitat in Europæ hortis, arvisque. ☉

marilandica.

27. VERONICA floribus solitariis sessilibus, foliis linearibus, caulibus diffusis.

Veronica caulibus procumbentibus, foliis linearibus, floribus sessilibus lateralibus. *Gron. virg. 4.*

Habitat in Virginia.

JUSTICIA.

JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis *Adhatoda*,
ovatis persistentibus, corollarum galea concava. *Fl*
zeyl. 16. *Hort ups.* 7.

Justicia foliis ovato-lanceolatis, spicis foliolis, florum ga-
lea concava. *Hort cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 291.

Adhatoda zeylanensium. *Herm. lugdb.* 642. t. 643.

Pluk. alm. 9. t. 173. f. 3.

Habitat in Zeylona. ☿

2. JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis *Ecbolium*,
ovatis deciduis mucronatis, corollarum galea reflexa.
Fl. zeyl. 17.

Adhatoda, spica longissima, flore reflexo. *Burm. zeyl.*
7. t. 4. f. 1.

Carim-curini. *Rheed. mal.* 2. p. 31. t. 20. *Pluk. alm.*
126. t. 171 f. 4.

Habitat in Malabarìa, Zeylona. ☿

3. JUSTICIA fruticosa, foliis lanceolato-ovatis, bracteis *Betonica*,
ovatis acuminatis venoso-reticulatis coloratis. *Fl. zeyl.*
18. *

Betonica frutescens. *Bont. jav.* 146.

Bem-curini. *Rheed. mal.* 2. p. 126. t. 21.

Habitat in India. ☿

4. JUSTICIA fruticosa, foliis lanceolatis integerrimis, pe-
dunculis trifloris ancipitibus, bracteis calyce breviori-
bus.

Justicia foliis lineari-lanceolatis, floribus sæpius solitariis.
Hort. cliff. 10. *Roy. lugdb.* 291.

Ecbolii indici f. Adhatodæ cucullatis floribus aemula,
hyssopifolia planta ex insulis fortunatis. *Pluk. alm.*
132. t. 280. f. 1.

Habitat in insulis Fortunatis. ☿

5. JUSTICIA procumbens, foliis lanceolatis integerrimis, spicis terminalibus lateralibusque alternis, bra-
cteis fetaceis. *Fl. zeyl.* 19. *

Euphrasia, alines angustiore folio, rubiæ modo spicata,
golcondea. *Pluk. alm.* 142. t. 56. f. 3.

Habitat in Zeylona. ♀

6. JUSTICIA repens, foliis ovatis subcrenatis, spicis ter-
minalibus, bracteis lanceolatis. *Fl. zeyl.* 20. *

Adhatoda spicata, flosculos ex foliolis membranaceis.

Burm. zeyl. 7. t. 3. f. 2.

Habitat in Zeylona. ♀

7. JU-

- chinensis.* 7. JUSTICIA herbacea. foliis ovatis, floribus lateralibus, pedunculis trifloris, bracteis ovalibus.
Habitat in China.
Caules angulati, pedales, inferne ramosi. folia opposita, petiolata, ovata, acuminata, obtusiuscula, vix crenata. Ex alis pedunculi duo s. tres, singuli breves apice triflori, involucro diphyllis, setaceo, nudo, bracteis ovatis, obtusis, longitudine floris, minimis.
- echioides.* 8. JUSTICIA foliis lanceolato-linearibus obtusis sessilibus. racemis ascendenti-secundis, bracteis setaceis.
*Fl. zeyl. 21. **
Euphrasie affinis indica echioides. Herv. lugdb. 668. t. 669 Peetumba. Rheed. mal. 9. p. 87 t. 46.
Habitat in India.
- sexangular.* 9. JUSTICIA foliis ovatis integerrimis, bracteis cuneiformibus, ramis sexangularibus.
Justicia annua, hexangulari caule, foliis circææ conjugatis, flore miniato. Amm. herb. 274. Hort cliff. 10.
Euphrasia, alines majori folio, flore galeato pallide luteo, jamaicensis. Pluk. alm. 142. t. 279. f. 6.
Habitat in Vera cruce, Jamaica. ☉
- nufura.* 10. JUSTICIA foliis lanceolato-ovatis integerrimis. pedunculis dichotomis.
Pulcolli. Rheed. mal. 9. p. 135. t. 69.
Habitat in India Toren.
Rami obsolete angulati. Folia lato-lanceolata s. lanceolata-ovata, obtuse acuminata, integerrima, minus glabra. Pedunculi dichotomi, longitudine foliorum. Flores sessiles, bracteis minimis, lineatis. Calyces minimi Corollæ tubus filiformis, longus. Limbi labium superius lineare, angustum, brevius, reflexum; L. inferius æquale, trifidum. Stamina extra fauces prominentia. Stylus capillaris, persistens.
- purpurea.* 11. JUSTICIA foliis ovatis utrinque mucronatis integerrimis glabris, caule geniculato, spicis secundis.
Habitat in China. Osbeck.
Caulis herbaceus, brachiatus. Folia lato-ovata, apice & basi mucronata, glabra, petiolata, integerrima. Articuli caulis & rami supra basin Genuculo tumido, quod supra angustius evadit, notantur. Spicæ ad latera & apices ramorum, secundæ. Bractæe angustæ, lanceolatae, longitudine capsularum. Corollæ purpureæ: labiis crectis; altero lineari angustissimo; altero lato trilobo. Stamina duo, purpurea, longitudine corollæ.

GRATIOLA.

1. GRATIOLA floribus pedunculatis, foliis lanceolatis *officinalis*, ferratis. *Mat. med.* 18.
Gratiola. Riv. mon. 157. *Hort. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 292.
Dalib. paris. 8. *Sauv. monsp.* 137.
Gratiola centauroides. Baub. pin. 279.
Habitat in Lusatia, Gallia & australioribus Europæ humidiusculis. &
2. GRATIOLA floribus pedunculatis, foliis ovatis cre- *dubia* natis. *Gron. virg.* 129.
Ruellia pedunculis solitariis unifloris longitudine foliorum. Gron. virg. 73. *.
Habitat in Virginia aquosis.
Foliola duo ista floralia, que in præcedente & sequente, in hac desunt.
3. GRATIOLA foliis lanceolatis obtusis subdentatis. *virginiana.*
Gron. virg. 6. *.
Habitat in Virginia.
4. GRATIOLA floribus subsessilibus. *peruviana*
Gratiola latiore folio, flore albo. Fewill. peruv. 3. t. 47.
Habitat in Peru.

PINGVICULA.

1. PINGVICULA nectarii apice incrassato. *lusitanica.*
Viola palustris, Pinguicula dicta, lusitanica. Gris. lusit.
Habitat in Lusitania. &
2. PINGVICULA nectario cylindraceo longitudine pe- *vulgaris:* tali. *Fl. lapp.* 11. *Fl. suec.* 21. *Roy. lugdb.* 304.
Sanicula montana, flore calcari donato. Baub. pin. 243.
Habitat in Europæ uliginosis &
3. PINGVICULA nectario conico petalo brevior. *Fl. alpina:*
lapp. 12. t. 12. f. 3. *. *Fl. suec.* 22.
Pinguicula flore albo minore, calcari brevissimo. Raj.
hist. 752.
Habitat in Alpibus Lapponicis. &
4. PINGVICULA scapo villoso. *Fl. lapp.* 13. t. 12. f. 2. villosi.
Fl. suec. 23.
Habitat in Lapponia, Sibiria. &

UTRICULARIA.

- vulgaris.* 1. UTRICULARIA nectario conico. *Fl. lapp.* 14. *Fl. suec.* 24. *Fl. zeyl.* 22. *Roy. lugdb.* 304.
Lenticularia. *Riv. mon.* 78. *
Millefolium aquaticum lenticulatum. *Bauh. pin.* 141.
Habitat in Europæ fossis paludibus profundioribus. &
Nectarium subulatum, longitudine labii inferioris; cui
approximatum; faux clausa palato gibbo. Planta no-
bis duplex: altera MAJOR a Rivino delineata, caly-
ce postice rotundato. Altera MINOR calyce postice
transverso, & quasi truncato; crescant conjunctim
- minor.* 2. UTRICULARIA nectario carinato. *Fl. suec.* 25. *
Millefolium palustre galericulatum minus. *Pluk. alm.*
251. t. 99. f. 6.
Aparine aquis innatans trevisana, foliis perchepier capre-
olis donata. *Bocc. mus.* 1. p. 23. t. 4.
Habitat in Europæ fossis rarius.
Nectarium obsoletum, deorsum spectans; faux absque
gibbo palato, pervia & hians.
- subulata.* 3. UTRICULARIA nectario subulato. *Gron. virg.* 6.
Habitat in Virginia.
- gibba.* 4. UTRICULARIA nectario gibbofo.
Utricularia florum nectario gibbofo, scapo nunc uniflo-
ro nunc bifloro. *Gron. virg.* 129.
Habitat in Virginia.
- bifida.* 5. UTRICULARIA scapo nudo bifido.
Habitat in China. Osbeck.
Caulis filiformis, digiti longitudine, bifidus s. duplici ra-
cemò, nudus. Flores alterni, lutei: labio superiore la-
teribus acuto.
- carulea.* 6. UTRICULARIA scapo nudo, squamis alternis va-
gis subulatis. *Fl. zeyl.* 23. *
Nelipu. *Kheed. mal.* 9. p. 137. t. 70.
Habitat in Zeylona.
- foliosa.* 7. UTRICULARIA caule folioso. †
Linaria palustris, foeniculi folio. *Plum. spec.* 6.
Habitat in Americis Gallia æquinoctiali.

VERBENA.

* *Diandra disperme.*

1. VERBENA diandra, ipicis longissimis foliosis.

crubica.

Ver-

- Verbena foliis ovatis acuminatis, spica foliosa. *Hort. cliff.* 10. *
- Verbena orubica, teucrii folio, primulae veris flore, filiquis & seminibus longissimis. *Pluk. alm.* 383. t. 228. f. 4. & t. 327. f. 7.
- Sherardia urticae folio subtus incano, floribus violaceis. *Ehret. pict.* t. 5. f. 1.
Habitat in Oruba insula americes septentrionalis.
2. VERBENA diandra, spicis longissimis carnosis subnudis. *jamaicensis.*
Verbena foliis obtuse ovalibus, spica carnosae nuda. *Hort. cliff.* 10. *Roy. lugdb.* 327.
Verbena folio subrotundo serrato, flore caeruleo. *Sloan. hist.* 171. t. 107. f. 1.
Habitat in Jamaica & Caribæis. & ☉
3. VERBENA diandra, spicis ovatis, foliis lanceolatis *stæchadisfol.* serrato-plicatis, caule fruticoso. *Roy. lugdb.* 327.
Sherardia nodiflora, stæchadis serratifolii folio. *Vaill. sex.* 49.
Lavandula, foliis crenatis latioribus, americana frutescens. *Plum. spec.* 6.
Habitat in America Galliae æquinoctialis.
4. VERBENA diandra, spicis laxis, calycibus alternis *prismatica.* prismaticis truncatis aristatis, foliis ovatis obtusis.
Verbena minima, chamædryos folio, *Sloan. jam.* 64.
Habitat in Jamaica.
5. Verbena diandra, spicis laxis, calycibus fructus reflexo- *mexicana.* pendulis subglobosis hispida.
Verbena mexicana, trachelii folio, fructu aparines: *Dill. elth.* 407. t. 302. f. 389.
Habitat in Mexico.
6. VERBENA diandra, calycibus subrotundis erectiusculis, *lappinacea.* seminibus echinatis.
Scorodinia floribus spicatis purpurascens pentapetaloidibus. *Sloan. jam.* 66.
Blairia Houst. Ann. herb. 277.
Habitat in Jamaica.
7. VERBENA diandra, spicis longis, calycibus aristatis, *curassavica.* foliis ovatis argute serratis.
Veronicae similis fruticosa curassavica. *Herm. parad.* 240.
Kempfer. Houst. m. ff.
Habitat in Curassao Americes.

* *Tetrandræ, Tetraspermæ.*

- nodiflora.* 8. VERBENA tetrandra, spicis capitato-conicis, foliis serratis, caule repente. *Fl. zeyl.* 399.
 Verbena foliis verticaliter ovatis, spicis globosis. *Hort. cliff.* 11.
 Verbena foliis verticaliter ovatis, spicis solitariis ovatis. *Roy. lugdb.* 327.
 Verbena caule repente, foliis oblongis superne crenatis, pedunculis solitariis capitatis. *Gron. virg.* 7.
 Verbena nodiflora. *Baub. pin.* 269. *prodr.* 125
Habitat in Virginia. ☉
- bonariensis.* 9. VERBENA tetrandra, spicis fasciculatis, foliis lanceolatis amplexicaulibus. *Hort. ups.* 8.
 Verbena foliis lanceolatis, floribus congestis fastigiatis. *Hort. cliff.* 11. *Roy. lugdb.* 326..
 Verbena bonariensis altissima, lavendulæ canariensis folio, spica lavendulæ. *Dill. elth.* 406. *t.* 300. *f.* 387
Habitat in agro Bonariensi. ♀
- hastata.* 10. VERBENA tetrandra, spicis longis acuminatis, foliis hastatis. *Hort. ups.* 8.
 Verbena foliis lanceolatis serratis, spicis filiformibus paniculatis. *Roy. lugdb.* 327.
 Verbena americana altissima, spica multiplici, urticæ foliis angustis, floribus cæruleis. *Herm. parad.* 242. *t.* 242.
Habitat in Canadæ humidis. ♀
- articiifolia.* 11. VERBENA tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis indivisis serratis petiolatis. *Hort. ups.* 9.
 Verbena foliis ovatis, caule erecto, spicis filiformibus paniculatis. *Hort. cliff.* 11. *Gron. virg.* 7. *Roy. lugdb.* 327.
 Verbena recta canadensis, urticæ foliis. *Morif. hist.* 3. *p.* 418. *f.* 11. *t.* 25. *f.* 3.
Habitat in Virginia, Canadæ aridis. ♀
- buvia.* 12. VERBENA tetrandra, spicis filiformibus, foliis multifido-laciniatis, caulibus numerosis. *Hort. ups.* 8.
 Veronica humilior, foliis incis. *Clayt. virg.* 8.
Habitat in Canada, Virginia. ♀
- officinalis.* 13. VERBENA tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario.
 Verbena foliis multifido-laciniatis, spicis filiformibus
Hort

Hort. cliff. 11. *Fl. suec.* 26. *Roy. lugdb.* 327. *Dalib. paris.* 9. *Sauv. monsp.* 279.

Verbena communis, flore cæruleo. *Bauh. pin.* 269.

Habitat in Europæ *mediterraneæ ruderatis*. ☉

14. VERBENA tetrandra, spicis filiformibus solitariis, *supina*.
foliis bipinnatifidis.

Verbena tenuifolia. *Bauh. pin.* 269.

Verbena supina. *Clus. hist.* 2. p. 46.

Habitat in Hispania.

LYCOPUS

1. LYCOPUS foliis sinuato-ferratis.

europeus.

Lycopus foliis indivisis. *Fl. suec.* 27. *Dalib. paris.* 9.

Lycopus. *Hort. cliff.* 11. *Roy. lugdb.* 326.

Marrubium palustre glabrum. *Bauh. pin.* 230.

Habitat in Europæ *ripis humentibus*. ♀

2. LYCOPUS foliis æqualiter ferratis.

virginicus.

Lycopus foliis lanceolatis tenuissime ferratis. *Gron.*

virg. 8.

Habitat in Virginia. ♀

AMETHYSTEA.

1. AMETHYSTEA. *Hort. upf.* 9. *Amœn. acad.* 386. * *cærulea*.

Amethystina montana erecta, foliis exiguis digitatis trifidis ferratis, floiculis cum coma e cæruleo-janthinis.

Ann. ruth. 4. *Hall. act. upf.* 1742, p. 51. f. 1.

Habitat in Sibiric *montosis*. ☉

ZIZIPHORA.

1. ZIZIPHORA capitulis terminalibus, foliis ovatis. *capitata.*

Ziziphora foliis lanceolatis, floribus terminatricibus.

Hort. cliff. 305. *Roy. lugdb.* 313.

Clinopodium fistulosum pumilum indiæ occidentalis, summo caule floridum. *Pluk. alm.* III. t. 164. f. 4. ☉

Habitat in Syria.

2. ZIZIPHORA floribus lateralibus, foliis lanceolatis. *tennior.*

Ziziphora foliis lanceolatis, floribus ex alis. *Hort. cliff.*

305.

Ziziphora foliis lanceolatis, floribus lateralibus. *Roy.*

lugdb. 313. *Hort. upf.* 9.

Acinos syriaca, folio mucronato, capsulis hirsutis. *Mor-*

ris. hist. 3. p. 404. f. II. t. 19. f. 3. 4.

Habitat in Syria? ☉

- occinoides.* 3. ZIZIPHORA floribus lateralibus, foliis ovatis.
 Clinopodium supinum incanum. *Amm. ruth.* 66?
Habitat in Sibiria. ☉
Habitus Thymi Acinos, sed majora quintuplo omnia. Folia
Z. capitata; Flores laterales ut in Z. tenuiore 2, sed
copiosiores. Calyces similiter hispidi; Stamina extra-
corollæ tubum protrusa.

MONARDA.

- sistulosa.* 1. MONARDA capitulis terminalibus, caule obtus-angulo. *Hort. ups.* 12.
 Monarda floribus capitatis, caule obtuso. *Vit. cliff,* 3.
Roy. lugdb. 313.
 Monarda. *Hort. cliff,* 11.
 Origanum fistulosum canadense. *Corn. canad.* 13. 1. 14.
Habitat in Canada. ♀
- didyma.* 2. MONARDA floribus capitatis sub-didynamis, caule acutangulo.
 Monarda caule acute angulato, capitulis terminalibus.
Hort. cliff. 495. *Cold. noveb.* 7.
 Monarda floribus capitatis verticillatisque, caule acute angulato, foliis lanceolato serratis glabris. *Bätn. cun.* 226.
Habitat in Pensilvania, Noveboraco.
- clinopodia.* 3. MONARDA floribus capitatis, foliis lævibus serratis.
 Monarda foliis ovato-lanceolatis, verticillis lateralibus dichotomis corymbosis, foliis inæqualiter serratis. *Gron. virg.* 9.
Habitat in Virginia. 2
Radix repens. Facies plantæ precedentis quoad staturam, at folia gerit Clinopodii incani omnino; neque hæc spica rubra, nec flores tetrandri; foliisque glaberrimis distincta a prima; Folia ovato-oblonga, acuminata, profunde serrata, petiolata, utrinque lævia. Caulis quadrangularis, magis quam in prima, minus argute quam in secunda. Flores in capitulum bracteis radiatum, pallidi.
- punctata.* 4. MONARDA floribus verticillatis, corollis punctatis. *Hort. ups.* 12.
 Monarda floribus verticillatis. *Hort. cliff.* 495. *Gron. virg.* 9. *Roy. lugdb.* 313.
 Clinopodium virginianum angustifolium, quovis verticillo

cillo duodecim foliolis rubentibus cincto. *Pluk. alm.*
111. t. 24. f. 1.

Habitat in Virginia. ☉

5. MONARDA floribus verticillatis, corollis involucrio *ciliata*,
longioribus.

Monarda spica interrupta, involucris longitudine verticillorum lanceolatis: *Gron. virg.* 9. *

Clinopodium angustifolium non ramosum, flore cæruleo: labio trifidis atropurpureis maculis ornato. *Pluk. alm.* 10. t. 164. f. 3. *Morif. hist.* 3. p. 374. f. 11. t. 8. f. 6.

Habitat in Virginia.

ROSMARINUS.

1. ROSMARINUS. *Hort. cliff.* 14. *Hort. ups.* 11. *Mat. officinalis*,
med. 16. *Roy. lugdb.* 310.

Rosmarinus spontaneus, latiore folio. *Bauh. pin.* 217.

- β. Rosmarinus hortensis, angustiore folio. *Bauh. pin.* 217.
Habitat in Hispania, G. narboneusi, Galilæa. 5

SALVIA.

1. SALVIA foliis lineari-lanceolatis denticulatis, floribus petiolatis. *Hort. cliff.* 13. * *Roy. lugdb.* 309.

Horminum ægyptium minimum ramosissimum. *Lippi. Boerb. lugdb.* 1. p. 66.

Habitat in Ægypto.

2. SALVIA foliis lanceolatis, calycibus diphyllis. *cretica.*
Habitat in Creta.

3. SALVIA foliis radicalibus lyratis dentatis, corollarum *lyrata*.
galea brevissima.

Salvia corollarum labio superiore brevior; fauce patente. *Gron. virg.* 8.

Horminum virginianum erectum, urticæ foliis, flore minore; *Morif. hist.* 3. p. 395. f. 11. t. 13. f. 31.

Habitat in Virginia.

4. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, *officinalis*.
floribus ipicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff.* 12. *Hort. ups.* 10. *Mat. med.* 13. *Roy. lugdb.* 307. *Sauv. mons.* 143.

Salvia major. *Bauh. pin.* 237.

- β. Salvia minor aurita & non aurita. *Bauh. pin.* 237.
Habitat in Europa australi. 5

- pomifera.* 5. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus spicatis, calycibus obtulis. *Hort. cliff.* 12. *Roy. lugdb.* 307.
Salvia cretica frutescens pomifera, foliis longioribus incanis & crispis. *Tournef. cor.* 10. *itin.* 1. p. 92. t. 92.
Salvia baccifera. *Bauh. pin.* 237.
Habitat in Creta.
- urticifolia.* 6. SALVIA foliis ovato-oblongis duplicato-ferratis, calycibus tridentatis: lacinia summa tridentata. *Gron. virg.* 8.
Horminum virginianum erectum, urticæ foliis, flore minore. *Morif. hist.* 3. p. 395. f. 11. t. 13. f. 31.
Habitat in Virginia.
- viridis.* 7. SALVIA foliis oblongis crenatis, corollarum galea semi-orbiculata, calycibus fructiferis reflexis.
Salvia foliis ovato-oblongis obtulis æqualiter crenatis. corollarum galea semi-orbiculata. *Hort. ups.* 11. *
Horminum coma viridi. *Tournef. inst.* 178.
Habitat - - - - - ☉
- Horminum.* 8. SALVIA foliis obtusis crenatis, bracteis summis stellilibus majoribus coloratis. *Vir. cliff.* 4. *Hort. cliff.* 12. *Mat. med.* 14. *Roy. lugdb.* 310.
Horminum fativum. *Bauh. pin.* 238.
Habitat in Græcia, Apulia. ☉
- sylvestris.* 9. SALVIA foliis cordato-lanceolatis acutis, bracteis coloratis flore brevioribus.
Horminum sylvestre salvifolium majus maculatum. *Bauh. pin.* 239.
Horminum sylvestre v. *Clus. hist.* 2. p. 31.
Horminum sylvestre salvifolium minus. *Bauh. pin.* 239.
Habitat in Austriæ inferioris, Bohemiæ agrorum marginibus, vineis. ♀
- hematodes.* 10. SALVIA foliis cordato-ovatis rugosis tomentosis, calycibus hispidis, radice tuberosa. †
Horminum sanguineum, asphodeli radice. *Triumph. obs.* 69. t. 69.
Horminum sylvestre maculatum tuberosum. *Honzebr.*
Horminum sylvestre majus hematodes glabrum, flore caruleo, italicum. *Barr. rar.* 234. t. 185.
Habitat in Italia.
Habitus Phlomidis & tenacitudo Salviæ; Calyces pilis rectis, exstantibus undique hispidi sunt.

11. SALVIA foliis cordate-oblongis crenatis: summis *pratensis*.
 amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea
 glutinosis.
 Salvia foliis ovatis inciso-crenatis, verticillis subnudis.
Hort. cliff. 12. *Flor. suec.* 28. *Hort. ups.* 10. *Roy. lugdb.*
 310. *Dalib. paris.* 10.
 Horminum *pratense*, foliis ferratis. *Bauh. Pin.* 238.
- β. Gallitrichum sylvestre, flore majore albo. *Bauh. hist.*
 3. p. 312.
 Varietas β differt foliis latioribus, obtusioribus, magis ca-
 nescentibus; floribus albis galea dimidio minore, serius
 florentibus.
12. SALVIA foliis cordatis obtusis crenatis subtomen- *dominica*.
 tosis, corollis calyce angustioribus.
Habitat in Domingo.
13. SALVIA foliis ferratis sinuatis, corollis calyce an- *verbenacæ*.
 gustioribus. *Virid. cliff.* 17. *Gron. virg.* 8. *Roy. lugdb.*
 309. *Dalib. paris.* 9. *Sauv. monsp.* 278.
 Salvia foliis pinnatim incisissimis glabris. *Hort. cliff.* 12.
 Horminum sylvestre, lavendulæ flore. *Bauh. pin.* 239?
 Horminum sylvestre, inciso folio, parvo flore, italicum.
Barr. ic. 220. 208.
 Horminum verbenacæ laciniis angustifolium. *Triumf. obs.*
 66. t. 66.
Habitat in Europæ pascuis. 2
14. SALVIA foliis obtusis erosissimis, staminibus corolla du- *pyrenaica*.
 plo longioribus. *Roy. lugdb.* 309.
 Horminum pyrenaicum glutinosum angurizæ folio. *Hern.*
parad. 187. t. 187.
Habitat in Pyrenæis.
15. SALVIA foliis ovatis utrinque acuminatis ferratis. *mexicana*.
Hort. cliff. 13. *Roy. lugdb.* 308.
 Scarea mexicana altissima facie heliotropii, *Dill. elth.*
 339. t. 254. f. 330.
Habitat in Mexicæ humentibus. 5
16. SALVIA foliis ovatis basi mucronato-tuberosissimis, spi- *hispanica*.
 cis imbricatis, calycibus trifidis.
 Horminum sylvestre, lavendulæ flore. *Bauh. pin.*
 239?
 Scarea hispanica. *Tabern. hist.* 764. ic. 374.
Habitat in Italia. D. Rathgeb; in Hispania. Læfing. ☉
 Caulis sesquipedalis, tetragonus, obtusus, quadrifidus,
 B 5 super-

Gramen sparteum hollandicum, capillaceo folio, & minus. *Bauh. pin.* 5. *prodr.* 11. *Morif. hist.* 3. p. 217. f. 8. t. 7. f. 8.

Habitat in Europæ asperis, sterilibus, duris. ♀

2. NARDUS spica recurva. † *gangit.*

Nardus spuria narbonensis. *Bauh. pin.* 13.

Nardus gangitis spuria narbonensis. *Lob. ic.* 84. *Morif. hist.* 3. p. 257. f. 8. t. 13. f. ult. *Raj. hist.* 1911.

Habitat in G. Narbonensi.

3. NARDUS spica incurva ciliata. *ciliatis.*

Habitat in India.

Folia graminea, plana. Culmus spitamens. Spica dimidiata s. altero latere tantum flosculis alternis, erectis, 12 a 15: valvula exterior ovato-oblonga, mutica, margine ciliata pilis scabris, numerosis. Calyx proprie nullus, sed ad alterum latus flosculorum seta, brevior ipsa gluma.

4. NARDUS spica cylindrica articulata. *articulata.*

Nardus spica subulata disticha. *Roy. lugdb.* 58.

Gramen loliaceum, spicis articulosis erectis. T. *Scheuch. gram.* 43.

Gramen loliaceum maritimum, spicis articulatis. *Morif. hist.* 3. p. 182. f. 8. t. 5. f. Gra-

Gramen myuros erectum minimum arundinaceum. *Bocc. mus.* 70. t. 59.

Habitat in Italia, Hispania, G, Narbonensi.

DIGYNIA.

BOBARTIA.

indica.

1. BOBARTIA.

Bobartia spicis capitatis, involucre folioso. *Fl. zeyl.* 41. *
Amœn. acad. 1. p. 388. *

Scirpus maderaspatanus, capitulo squamoso subrotundo.
Scheuch, gram. 369.

Habitat in India.

Refert ita Schœnum mucronatum, ut ejus figura probujus ubique venditari possit.

CORNUCOPIÆ.

cucullatum,

1. CORNUCOPIÆ. *Hort. cliff.* 490. *Roy. lugdb.* 52.

Juncus clavatus vaginatus polycephalus. *Pet, gaz.* t. 73.
f. 5.

Gramen orientale verum in udis proveniens, capitulo inflexo. *Scheuch. gram.* 117.

Habitat Smyrne. D, Hasselquist.

SACCHARUM.

officinarem,

1. SACCHARUM floribus paniculatis. *Hort. cliff.* 26.

Mat. med. 33. *Roy. lugdb.* 52.

2. Arundo saccharifera. *Baub, pin.* 18. *Sloan. jam.* 31. *hist.* 1. p. 108. t. 66.

Habitat in Indiæ utriusque locis inundatis.

spicatum

2. SACCHARUM floribus spicatis.

Gramen indicum alopecuroides holosericeum majus, spica longa pappescente. *Pluk. alm.* 177. t. 92. f. 5.

Tjeria-kuren-pullu. *Rheed. mal.* 12. p. 117. t. 62.

Habitat in Indiæ petrosis.

PHALARIS

canariensis.

1. PHALARIS panicula subovata spiciformi, glumis carinatis. *Hort. upf.* 19.

Phalaris radice annua, *Hort. cliff.* 23. *Roy. lugdb.* 63

Dalib. paris. 20.

Phalaris major, semine albo. *Baub, pin.* 28. *Morif. hist*

3. p. 186. f. 8. t. 3. f. 1.

β. Pha.

- β. Phalaris major, semine nigro. *Bauh. pin.* 28.
 γ. Phalaris radice perenni. *Roy. lugdb.* 63.
 Phalaris bulbosa, semine albo. *Raj. hist.* 1249. *Scheuchb. gram.* 53.
Habitat in Europa australi, Canariis.
2. PHALARIS panicula cylindrica spiciformi. *phleoides.*
 Phalaris spica cylindrica *Fl. suec.* 49. *Dalib. paris.* 19.
 Gramen typhoides asperum primum. *Bauh. pin.* 4. *Scheuchb. gram.* 61. *Hall. helv.* 232.
Habitat in Europæ versuris.
3. PHALARIS panicula oblonga ventricosa. *arundinacea.*
 Phalaris panicula oblonga. *Fl. suec.* 48. *Dalib. paris.* 19.
 Arundo foliis planis, panicula spicata, spiculis confertis.
Hort. cliff. 26. *Roy. lugdb.* 66.
 Gramen aquaticum paniculatum, phalaridis semine. *T. Scheuchb. gram.* 126.
 Gramen arundinaceum spicatum. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 94.
 Gramen aquaticum paniculatum latifolium. *Bauh. pin.* 6.
 Gramen arundinaceum, acerofa gluma, jerferianum. *Raj. angl.* 3. p. 400.
- β. Gramen paniculatum, folio variegato. *Bauh. pin.* 3. *pista.*
Habitat in Europæ subhumidis adripas lacuum.
4. PHALARIS panicula lineari secunda, calycibus bifloris. *erucæformis.*
 Dactylis spicis numerosis alternis culmo adpressis longitudine internodiorum, calycibus bifloris. *Roy. lugdb.* 57. *Gmel. sibir.* 1 p. 130. t. 29.
 Gramen palustre, locustis erucæformibus. *Barr. rar.* 1158. t. 2.
Habitat in Sibiria, Russia, Europa australi.
5. PHALARIS panicula effusa, glumarum carinis ciliatis. *oryzoides.*
 Oryza glumis carina hispidis. *Gron. virg.* 153.
Habitat in Virginie paludibus nemorosus.

PANICUM.

* *Spicata.*

1. PANICUM spica tereti, involucri setaceis fasciculatis unifloris, flosculo quadruplo longioribus. *ulopeuroidē*
 Gramen geniculatum brevifolium crispum, spica purpureo-fericea. *Pluk. alm.* 177. t. 159. f. 1.
Habitat in China.
Spica longa, ferruginea, flosculi sparsi, pedunculis brevibus.

vibus, cincti setis longis, erectis; Scapus infra spicam parum villosus; pedicelli omnes uniflori.

- glaucom.* 2. PANICUM spica tereti, involucellis bifloris fasciculato-pilosis. *Fl. zeyl.* 44.
Gramen alopecuroides maderaspatanum, spica quasi geniculata molli. *Pluk. alm.* 177. t. 190. f. 6.
- β. Gramen panicum s. Panicum sylvestre, simplici spica
Scheuch. gram. 46.
- γ. Panicum spica simplici, aristis aggregatis flosculo subjectis. *Gron. virg.* 134.
Panicum indicum altissimum, spicis simplicibus molli-
bus in foliorum alis, pediculis longissimis insidentibus.
Tournes. inst. 515.
Habitat in Indiis. ☉
Sete in spica longitudine flosculorum. Foliorum vaginæ
oris pilosa. Dum spicare cens prodiit flosculi in series
dispositi observantur.
- americanum* 3. PANICUM spica simplici æquali, pedunculis bifloris.
Roy. lugdb. 54.
Panicum indicum, spica obtusa cærulea. *Baub. pin.* 7.
theatr. 522.
Panicum americanum. *Clus. hist.* 2. p. 215.
Habitat in America.
- italicum.* 4. PANICUM spica composita, spiculis glometatis setis
immixtis, pedunculo hirsuto.
Panicum spica composita, aristis flosculo brevioribus. *Vir-
cliff.* 7. *Hort. ups.* 19. *Roy. lugdb.* 54. *Gron. virg.*
134.
Panicum italicum s. panicula majore. *Baub. pin.* 27.
theatr. 519.
Habitat in Indiis. ☉
- Crusgali.* 5. PANICUM spicis alternis conjugatisque, spiculis subdi-
visis, glumis aristatis hispidis.
Panicum spicis alternis remotis declinatis compositis. *Vir-
cliff.* 7. *Roy, lugdb.* 55. *Dalib. paris.* 22.
Panicum spicis alternis remotis laxis. *Hort. cliff.* 27.
Gramen paniceum, spica divisa. *Baub. pin.* 8.
β. Gramen paniceum, spica divisa, aristis longis armata.
Baub. pin. 8.
Habitat in Europæ, Virginie cultis. ☉
*Variat aristis, in aliis longitudine glumarum, in aliis de-
cies longioribus.*

6. PANICUM spiculis alternis; rachi lineari membranacea extrorsum imbricato-florifera. *difsectam.*
 Dactylis spicis alternis numerosis parvis, calycibus unifloris. *Roy. lugdb. 56.*
 Gramen paniceum, spica simplici ad caulem intervallata binis granorum ordinibus uno versu constante, americanum. *Pluk. mant. 94. t. 350. f. 2.*
 Gramen dactylon majus, panicula longa, spicis plurimis nudis crassis. *Sloan, jam. 34. hist. 1. p. 112. t. 69. f. 2.*
Habitat in Indiis.
7. PANICUM spica dimidiato-secunda, rachi lineari *dimidiatum.*
 membranacea extrorsum flosculis aggregatis.
 Gramen bermudense frumentaceum, foliis brevibus obtulis, spica crassiuscula compressa antrorsum gemino versu granifera. *Pluk. phyt. 244. f. 9.*
Habitat in India.
 Folia latissima vaginis latis. Spica ex scapi apice membranaceo, plano, cui ad alterum tantum latus Flores alternatim conferti divergentes.
8. PANICUM spicis aggregatis, basi interiore nodosis, *sanguinele*
 flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis.
 Panicum spicis alternis oppositisque linearibus patentissimis muticis, flosculis alternatim binis: altero pedunculato. *Roy. lugdb. 55. Gron. virg. 154. Dalib. parif. 22.*
 Gramen dactylon, folio latiore. *Bauh. pin. 8. theatr. 114. Scheuch. gram. 101.*
 Gramen dactylon majus, panicula longa e spicis plurimis gracilioribus purpureis & viridibus mollibus constante. *Sloan. jam. 3. hist. 1. p. 113. t. 70. f. 2. **
Habitat in America, Europa australi. ☉
9. PANICUM spicis subdigitatis approximatis erectis *filiformæ.*
 filiformibus: rachi flexuosa, dentibus bifloris: altero sessili.
Habitat in America septentrionali. Kalm.
 Folia lanceolata. Culmi pedales filiformes, superne nudi, erecti; spica filiformis, rara, flexuosa rachi, alternatim utrinque ad dentes Flosculi 2: altero sessili, altero pedicellato; Spicae tenues, primum valde approximate quasi in unum, quævis alterna.
- 10 PANICUM spica composita, spiculis linearibus *se-compositum.*
 cundis flosculis geminis remotis, calycibus aristatis. *Fl. zeyl. 42. **
Habitat in Zeylona.

* *Paniculata.*

- dichotomum* 11. PANICUM paniculis simplicibus, culmo ramofo dichotomo. *Gron. virg.* 133. *
Habitat in Virginia.
*Statura refert arbufculam inferne simplicem, fuperne fe-
 fciculatam.*
- clandefi-
 num.* 12. PANICUM racemis occultatis intra foliorum va-
 ginas.
 Gramen cyperoides polyftachyon, fpicis ad nodos ex fo-
 liorum alis prodeuntibus. *Sloan. jam.* 36. *hifl.* 1. p.
 120. t. 80.
Habitat in Jamaica, Penfylvania. Kalm.
*Culmi dichotomi, ramofo; Folia ovato-lanceolata, vagi-
 nis punctatis, pilofis, intra quas Racemi fructificatio-
 num omnino occultantur, ut extus ne veftigium eo-
 rum appareat.*
- capillare.* 13. PANICUM panicula capillari erecta, foliis pilofis.
Gron. virg. 13.
 Panicum miliaceum viride, foliis latis brevibus, panicu-
 la capillacea, *Sloan. jam.* 35. *hifl.* 1. p. 115. t. 72. f. 3.
Habitat in Virginia, Jamaica.
- patens.* 14. PANICUM panicula oblonga patente, calycibus bi-
 floris, foliis lineari-lanceolatis.
 Triana-pullu. *Rheed. mal.* 12. p. 75. t. 41.
Habitat in India; fimilis e Lufitania.
- dactylon.* 15. PANICUM fpicis digitatis patentibus: bafi interioe
 villofis, floribus folitariis, fegmentis repentibus.
 Gramen dactylon, folio arundinaceo, majus aculeatum.
Bauh. pin. 7.
 Gramen dactylon, radice repente. f. officinarum. *Sche-
 uch. gram.* 104.
 Gramen legitimum. *Cluf. hifl.* 2. p. 217.
Habitat in Europa australi, &
- miliaceum.* 16. PANICUM panicula laxa flaccida, foliorum vaginis
 pubefcentibus. *Hort. cliff.* 27. *Hort. ups.* 20. *Mat
 med.* 34. *Roy. lugdb.* 55. *Dalib. parif.* 22.
 Milium femine luteo & albo. *Bauh. pin.* 26. *theatr.* 502.
Habitat in India.
- latifolium.* 17. PANICUM panicula racemis lateralibus simplicibus,
 foliis ovato-lanceolatis collo pilofis.

Gramen virginianum, lato brevique folio, panicula rariore. *Morif. hist.* 3. p. 196. f. 8. t. 5. f. 4.

Gramen miliaceum sylvaticum maximum, semine albo. *Sloan. jam.* 34. *hist.* 1. p. 114. t. 71. f. 3.

Habitat in America.

Folia latitudine *Commelinæ*, ad fauces amplexicaulia; extus collo circum fauces villosa, etiam basi foliorum margine pilosa. Panicula valde mediocris ex racemis lateralibus, non subdivisis, sed peâicellos proprios, nec subdivisos proferentes. Flores mutici, majusculi.

18 PANICUM paniculatum, foliorum vaginis longitu- *brevifolium.*
dinaliter ciliatis.

Panicum miliaceum, latiore folio, maderaspatanum. *Pluk.* alm. 176. t. 189. f. 4.

Habitat in India.

Gramen pedale vel bipedale. Folia ovata, amplexicaulia; Panicula tenuissima, folio supremo & majore compresso. Variat foliis angustis & lanceolatis.

19. PANICUM paniculatum ramosissimum, foliis ovato-oblongis acuminatis. *Fl. zeyl.* 43.

Panicum panicula laxa sparsa, foliorum vaginis glabris. *Hort. cliff.* 27.

Habitat in India.

Altitudine certat cum altissimis arboribus; Culmus vix penna anserina latior.

20. PANICUM panicula virgata, glumis acuminatis læ- *virgatum.*
vibus extima dehiscente.

PANICUM paniculatum, glumis acutis *Gron. virg.* 133.

Habitat in Virginia,

PHLEUM.

1. PHLEUM spica cylindrica longissima. *Fl. lapp.* 26. *Fl. pratense.* succ. 50. *Hort. cliff.* 22. *Roy. lugdb.* 53. *Dalib. paris.* 20.

Gramen typhoides maximum, spica longissima. *Bauh. pin.* 4. *Scheuch. gram.* 60.

Habitat in Europæ versuris & pratis. 4

2. PHLEUM spica ovato-cylindræca. *Fl. lapp.* 25. *Fl. alpinum,* succ. 51. *Dalib. paris.* 20.

Gramen typhoides alpinum, spica brevi densa & velat villosa. *Scheuch gram.* 64.

Habitat in Alpibus 4

3. PHLE-

- arenarium.* 3. PHLEUM spica ovata ciliata, caule ramoso. *Hort. cliff.* 23. *it. scan.* 109. *Roy. lugdb.* 54.
Gramen typhinum maritimum minus. *R. Pluk. alm.* 177. t. 33. f. 8.
Habitat in Europæ locis arenosis. ☉
Spica vix absolute e vagina folii exit.
- Schenoides.* 4. PHLEUM spicis ovatis obvolutis foliis brevissimis mucronatis anplexicaulibus.
Gramen maritimum typhinum, brevi & crassiori spica ad singula genicula prodeunte l. secundum. *Scheuch. gram.* 86.
Habitat in Italia, Smyrna, inque Hispania. *Loefling.*
Habitus Schoni aculeati foliis floralibus anplexicaulibus, brevibus mucronatis.

ALOPECURUS.

- bracteis.* 1. ALOPECURUS culmo spicato erecto. *Roy. lugdb.* 54. *Fl. suec.* 52. *Dalib. paris.* 21.
Gramen phalaroides majus l. italicum. *Baub. pin.* 4. *theatr.* 55.
Gramen alopecuro simile glabrum cum pilis-longiusculis in spica Onocordon. *Baub. hist.* 2. p. 475.
β. Gramen typhoides spica angustiore. *Baub. pin.* 4.
Habitat in Europæ pratis. ♀
- geniculatus.* 2. ALOPECURUS culmo spicato infraeto. *Fl. suec.* 53. *Dalib. paris.* 20.
Alopecurus culmo infraeto, aristis gluma longioribus. *Roy. lugdb.* 54.
Alopecurus aristis gluma longioribus, *Fl. lapp.* 37.
Gramen aquaticum geniculatum spicatum. *Baub. pin.* 3. *Scheuch. gram.* 72.
β. Alopecurus aristis glumæ æqualibus. *Fl. lapp.* 38.
Habitat in Europæ uliginosis. ♀
- bordeiformis* 3. ALOPECURUS racemo simplici, flosculis aristis circumvallatis.
Habitat in India,
Habitus omnino Hordei murini. Culmus pedalis. Folia plano-canaliculata, nervosa, culmo sæpius longiora. Spica racemosa, longa. Flores numerosi; pedicelli Florum brevissimi, simplicissimi. Calyces obvallati setis aristiformibus, numerosis, floribus triplo longioribus, glumæ bivalvi, altera minore. Corolla bivalvis glumis oblongis, acuminatis. Pistillum flore longius.
4. ALO-

4. ALOPECURUS panicula villosa oblonga folio in-*monspeliens.*
 voluta. *Sauv. monsp.* 37. †
 Gramen alopecurum minus, spica longiore. *Baub. pin.*
4. theatr. 57. *Scheuch. gram.* 154.
 Gramen alopecurum minus, spica virefcens divulsa.
Barr. ic. 115. j. 1.
 Cauda vulpis monspeliensium, Alopecurus theophrasti.
Lob. ic. 45.
Habitat Monspeli.

MILIUM.

1. MILIUM foliis dispersis. *Flor. suec.* 55. *Dalib. parif. effusum.*
 23.
 Milium glumis diphyllis. *Hort. cliff.* 27.
 Gramen sylvaticum, panicula miliacea sparsa. *Baub. Pin.*
8. theatr. 141. *Scheuch. gram.* 133. *Morif. hist.* 3.
f. 8. t. 5. f. 10.
Habitat in Europæ nemoribus umbrosis. &
2. MILIUM floribus confertis. *Roy. lugdb.* 57. *confertum,*
 Gramen paniculatum alpinum latifolium, panicula mi-
 liacea sparsa. *Scheuch. gram.* 134. *Hall. helv.* 220.
Habitat in Helvetiæ sylvis.

AGROSTIS.

* *Aristot.*

1. AGROSTIS petalo exteriori exferente ariftam re-*spica ventis.*
 ctam strictam longissimam. *Roy. lugdb.* 59. *Fl. suec.*
 58.
 Gramen segetum altissimum, panicula sparsa. C. B.
Scheuch. gram. 144.
 Gramen capillatum. *Baub. hist.* 3. p. 462.
Habitat in Europa inter segetes. ☉
2. AGROSTIS calycum squama exteriori ariftata lon-*miliacea.*
 giore; interiore acuminata mutica. *Roy. lugdb.* 59.
Habitat in Europa.
3. AGROSTIS panicula oblonga, petalo exteriori basi *aristata.*
 villoso, arista torta calyce longiore. *Fl. suec.* 59. *
 Agrostis culmo enodi, panicula contracta. *Fl. lapp.* 44.
 Gramen avenaceum montanum, panicula angusta e di-
 lutissimo fusco albicante & papposa. *Scheuch. gram.* 57
Habitat in Europæ monticulis sylvosis glareosis juniperi-
 sis. &

4. AGRO-

- rubra.* 4. AGROSTIS paniculæ parte florente patentissima, petalo exteriori glabro terminato arista tortili recurva. *Fl. suec.* 60. *Dalib. parif.* 24.
 Agrostis panicula inferiore verticillatim laxa; superiore contracta. *Fl. lapp.* 46.
 Gramen serotinum arvense, panicula contracta pyramidalis. *Scheuch. gram.* 148.
Habitat in Europæ arenasis subhumidis.
- canina.* 5. AGROSTIS calycibus coloratis, petalorum arista dorsali recurva. *Fl. suec.* 1138.
 Gramen supinum caninum, paniculatum, folio varians. *Baub. pin.* 1. *theatr.* 12.
 Gramen paniculatum supinum ad infima culmorum genicula foliorum capillarum geniculis fasciculatis donatum. *Scheuch. gramen.* 141.
Habitat in Europæ pascuis humidiusculis. 2
- paradoxa.* 6. AGROSTIS flosculis aristatis gemellis: altero sterili, terminalibus ternis. *Sauv. monsp.* 35. †
 Gramen avenaceum paniculatum galloprovinciale, aquilegiæ femine. *T. Morif. hist.* 3. p. 214. n. 29.
Pluk. alm. 174. t. 32. f. 2.
 Gramen paniculatum latifolium, locustis crassioribus, femine nigro aquilegiæ simili. *Tournef. inst.* 522.
Habitat in Galloprovincia, G. Narbonensi.
- * * *Muticæ.*
- stolonifera.* 7. AGROSTIS paniculæ ramulis divaricatis muticis, culmo repente, calycibus æqualibus.
 Agrostis culmo repente foliis radicalibus brevioribus, folii suprema vagina ventricosa, flosculis muticis. *Roy. lugdb.* 59. *Fl. suec.* 62.
 Agrostis culmo repente, vagina supremi folii ventricosa. *Roy. lugdb.* 59. *Dalib. parif.* 23.
 Gramen caninum supinum minus. *Scheuch. gram.* 128.
Habitat in Europa. 2
- capillaris.* 8. AGROSTIS panicula capillari patente, calycibus subulatis æqualibus hispidiusculis coloratis, flosculis muticis. *Roy. lugdb.* 59. *Dalib. parif.* 23.
 Agrostis panicula tenuissima. *Fl. lapp.* 45.
 Gramen montanum, panicula spadicæa delicatioribus. *Baub. pin.* 3. *prodr.* 12. *Scheuch. gram.* 129.
Habitat in Europæ pratis.
Panicula vere capillaris, tenuissimisque pedicellis singularis.

9. AGROSTIS panicula laxa, calycibus muticis æqua-
libus. *Rov. lugdb.* 59.
Habitat in Europæ nemoribus.
10. AGROSTIS panicula mutica filiformi. *minima.*
Nardus panicula spicata, floribus solitariis alternis.
Guett. stamp. 155. *Dalib. paris.* 155.
Gramen minimum paniculis elegantissimis. *Baub. pin.*
2. *Scheuch. gram.* 40. *Morif. hist.* 3. p. 200. f. 8. t. 2. f. 10.
Gramen minimum. *Baub. hist.* 2. p. 465. *Dalech. hist.*
425.
Habitat in Gallia.
11. AGROSTIS panicula contracta mutica, foliis invo-
luto-subulatis rigidis exstantibus. *Clayt. virg.* 507. *virginica.*
Habitat in Virginia.
12. AGROSTIS panicula contracta mutica, racemis la-
teralibus erectis alternis. *indica.*
Gramen pratense panicula & foliis angustissimis, spicis
brevibus muticis, locustis minimis. *Sloan. jam.* 35.
hist. 1. p. 115. t. 73. f. 1.
Habitat in India.
Culmus erectus. Folia plana, angusta. Panicula oblonga
& racemis lateralibus, alternis, rachi approximatis; glu-
mis brevissimis, acutis.

AIRA.

* *Mutica.*

1. AIRA spica subovata secunda, flosculis obtusis muti-
cis, foliis planis. *spicata.*
Habitat in India.
Gramen procumbens, digiti longitudine. Folia plana.
Spica secunda, conglomerata, ovato-oblonga. Glumæ
obtusæ, muticæ.
2. AIRA panicula spicata, floribus muticis pedunculo
longioribus, glumis acuminatis inæqualibus. *Roy.*
lugdb. 61. *Dalib. paris.* 27.
Gramen, spica cristata subhirsutum. *Baub. pin.* 2. *prodr.*
8. *Morif. hist.* 3. p. 194. f. 8. t. 4. f. 7. *Scheuch.*
gram. 166.
Habitat in Angliæ, Galliæ, Helvetiæ siccioribus.
3. AIRA foliis planis, panicula coarctata, floribus pedun-
culatis muticis convoluto subulatis. *Fl. jucc.* 71. *caerulea.*
lib. paris. 26. 1°0a

Poa spiculis subulatis, panicula rara contracta. *Fl. lapp.* 29. *Roy. lugdb.* 61.

Gramen arundinaceum enode minus sylvaticum. *Baub. pin.* 7. *theatr.* 97. *Scheuch. gram.* 209.

Gramen pratense ferotinum, panicula rara purpurascen-
te. *Morif. hist.* 3. p. 201. *J. 8. t. 5 f.* 22.

Habitat in Europæ pascuis aquosis. 2

arundinacea. 4. *AIRA* panicula oblonga secunda mutica imbricata, fo-
liis planis.

Gramen orientale paniculatum, portulacæ femine.
Tournef. cor. 39.

Habitat in Oriente.

minuta. 5. *AIRA* panicula laxa subastigiata ramosissima; floscu-
lis muticis. *Læfl.*

Gramen paniculatum arvense minimum. *Buxb. cent.* 5
p. 35. t. 67?

Habitat in Hispania Læfling. ☉

*Differt tantum a Buxbaumiano, quod longe minus, vix
pollicem transversum altum.*

aquatica. 6. *AIRA* foliis planis, panicula patente, floribus muticis
lævibus calyce longioribus. *Fl. suec.* 66. *Dalib. paris*
26.

Aira culmo inferiore repente, flosculis muticis calyce
longioribus: altero pedunculato. *Roy. lugdb.* 60.

Gramen aquaticum miliaceum. *Scheuch. gram.* 218. *Vailt
paris.* 89. *t. 17. f.* 7.

Gramen caninum supinum paniculatum duice. *Baub.
pin.* 2.

Habitat in Europæ pascuis aquosis. 2

* * *Aristatis.*

spicata 7. *AIRA* foliis planis, panicula spicata, flosculis medio a-
ristatis: arista reflexa laxiore. *Fl. suec.* 65. *

Aira panicula spicata, pedicellis flosculo brevioribus. *Fl.
lapp.* 47.

Gramen avenaceum paniculatum alpinum humile, locu-
stis in spicam collectis varicoloribus aristatis. *Scheuch.
gram.* 221. *prodr.* 24. *t. 6.*

Habitat in Lapponiæ alpibus. 2

cespitosa. 8. *AIRA* foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis
aristatisque: arista recta brevi. *Fl. suec.* 63.

Aira panicula patentissima, flosculis subaristatis sessilibus
basi villosis, foliis planis. *Mer. act. Stockh.* 1742.

p. 30.

Aira

Aira panicula longissima tenui. *Fl. lapp.* 50.

Gramen segetum, panicula arundinacea. *Bauh. pin.* 3.
theatr. 35. *Scheuch. gram.* 244.

Habitat in Europæ partis cultis & fertilibus. &

9. AIRA foliis setaceis, culmis subnudis, panicula divari-*flexuosa,*
cata, pedunculis flexuosis. *Fl. succ.* 64. *Dalib. paris.* 26.

Aira panicula rara, calycibus albis. *Fl. lapp.* 48.

Gramen alpinum nemorosum paniculatum, foliis angu-
stissimis, locustis splendentibus aristatis. *Scheuch. gram.*
218. t. 6. f. 1,

Gramen nemorosum, paniculis albis, capillaceo folio.
Bauh. pin. 7. *prodr.* 14. *Morif. hist.* 3. p. 300. f.
8. t. 7. f. 9.

Habitat in Europæ petris, rupibus. &

10. AIRA foliis setaceis, panicula angustata, flosculis ba-*moutanc,*
si pilosis aristatis: arista tortili longiore. *Fl. succ.* 68,

Aira panicula rara, calycibus fuscis. *Fl. lapp.* 49.

Gramen avenaceum paniculatum alpinum, foliis capil-
laceis brevibus, locustis purpuro-argenteis & aristatis.
Scheuch. gram. 216. t. 4. f. 4.

Gramen avenaceum capillaceum, minoribus glumis.
Bauh. pin. 10.

Habitat in Europæ alpinis. &

11. AIRA foliis subulatis, panicula densa, flosculis basi pi-*alpina,*
losis aristatis: arista brevi.

Gramen avenaceum capillaceum, minoribus glumis ar-
genteis vix aristatis, foliis angustioribus. *Scheuch. gram.*
222.

Habitat in alpinis Lapponicis, Germania.

12. AIRA foliis setaceis: summo paniculam inferne ob-*canescen-*
volvente. *Roy. lugdb.* 60. *Fl. succ.* 72. *Dalib. pa-*
ris. 25.

Aira foliis setaceis, aristis e basi glumarum calycem æ-
quantibus. *Hort. cliff.* 495.

Gramen foliis junceis, radice jubata. *Bauh. pin.* 5. *Sche-*
uch. gram. 243.

Habitat in Scania & australioris Europæ arvis ☉

Arista in medio cincta denticulis, infra crassior su-
fca, supra tenuior subclavata albida. Panicula an-
te florescentiam spicata.

13. AIRA foliis setaceis: vaginis angulatis, floribus pani-*precov-*
culato-spicatis, flosculis basi aristatis. *It. scan.* 226. *

Gramen minimum, spica brevi habitiore, nostrum. *Scheuch. gram.* 219.

Gramen parvum præcox, panicula laxa canescente. *Raj. angl.* 3. p. 407. t. 22. f. 2. *Pluk. alm.* 177. t. 33. f. 9.

Habitat in Europæ australioris campis arenosis inundatis. ☉

caryophyllæ. 14. AIRA foliis setaceis, panicula divaricata, floribus aristatis distantibus.

Aira foliis subulatis, aristis a basi flosculorum tortilibus, flosculo altero pedunculato. *Roy, lugdb.* 60. *Dalib. paris.* 26.

Gramen phalaroides sparsa panicula minimum angustifolium. *Barr. rar.* 1218. t. 44. f. 1.

Gramen paniculatum, locustis purpuro-argenteis, annuum. *Raj. angl.* 3. p. 407. *Morif. hist.* 3. p. 200. f. 8. t. 5. f. 11.

Gramen paniculatum minimum molle *Magn. monsp.* 296. *Scheuch. gram.* 215.

Caryophyllus arvensis glaber minimus. *Bauh. prodr.* 105. *Habitat in Angliæ, Germaniæ, Galliæ glareosis.* ☉

MELICA.

cultrata. 1. MELICA petalis exterioribus ciliatis. *It. gotl.* 291. *Fl. suec.* 56.

Melica floribus horizontaliter patentibus. *Roy. lugdb.* 57.

Gramen avenaceum montanum lanuginosum. *Bauh. pin.* 10.

Gramen avenaceum, spica simplici, locustis densissimis candidantibus & lanuginosis. *Scheuch. gram.* 174.

Habitat in Europæ collibus sterilibus saxosis. &

nutans. 2. MELICA petalis imberbibus, panicula nutante simplici.

Melica petalis imberbibus. *Fl. suec.* 57. *Dalib. paris.* 23.

Melica floribus sub culmo pendulis. *Fl. lapp.* 36. *Roy. lugdb.* 57

Gramen montanum avenaceum, locustis, rubris. *Bauh. pin.* 10. *prodr.* 20.

Gramen montanum avenaceum spicatum *Bauh. pin.* 10.

Gramen avenaceum, locustis rarioribus. *Bauh. pin.* 10

Habitat in Europæ frigidioris rupibus.

atissima. 3. MELICA petalis imberbibus, panicula ramosissima. *Hort. ups.* 20.

Me-

Melica flosculis glabris; summo urceolari. *Gmel. sib.*
1. p. 98. t. 20.

Gramen avenaceum, locustis rarioribus muticis, virginianum majus. *Morif. hist.* 3. p. 216. f. 8. t. 7. f. 51.

Habitat in Sibiria, Canada. &

POA.

1. POA panicula diffusa, spiculis sexfloris linearibus. *Fl. aquatica.*
succ. 73. *Dalib. paris.* 29.

PAC panicula diffusa, spiculis sexfloris linearibus muticis compressis. *Act. stockh.* 1741. p. 185.

Poa panicula contracta, spicis ovatis teretiusculis. *Hort. cliff.* 494. *Roy. lugdb.* 61.

Gramen palustre paniculatum altissimum. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 38. *Scheuch. gram.* 191.

Gramen aquaticum paniculatum latifolium. *Morif. hist.* 3. p. 201. f. 8. t. 6. f. 25.

Habitat in Europa ad ripas piscinarum, fluviorum. &

2. POA panicula diffusa ramosissima, spiculis sexfloris alpina cordatis. *Fl. suec.* 79. *Dalib. paris.* 28.

Gramen alpinum paniculatum majus, panicula speciosa variegata. *Scheuch. gram.* 186. *Hall. herb.* 214.

β. Gramen alpinum latifolium, panicula laxa foliacea, fo- vivipara. liolis in panicula paucioribus & magis crispis. *Scheuch. gram.* 212.

Habitat in alpibus Lapponicis, Helveticis. &

An hæc α. β. sequentis tantum varietas.

3. POA panicula diffusa, spiculis quinquefloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti. *Fl. suec.* 78. *Dalib. trivialis.*
paris. 28.

Gramen pratense paniculatum medium. *Bauh. pin.* 2. *Scheuch. gram.* 180.

Habitat in Europæ pascuis.

4. POA panicula diffusa, spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti. *Fl. suec.* 77. *Dalib. paris.* 28. *angustifolia.*

Poa spiculis ovato-oblongis, foliis tubulatis. *Fl. lapp.* 52.

Gramen pratense paniculatum majus, angustiore folio. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 5. *Scheuch. gram.* 178.

Habitat in Europa ad agrorum versuras. &

5. POA panicula diffusa, spiculis trifloris glabris, culmo *pratense.*
erecto tereti. *Fl. suec.* 76. *Dalib. paris.* 27.

Poa spiculis ovatis compressis muticis. Fl. lapp. 51. Hort. cliff. 27. Roy. lugdb. 61.

Gramen pratense paniculatum majus (latiore folio. *Bauh pin. 2.*) *Scheuch. gram. 177.*

Habitat in Europae pratis fertilissimis.

Limites pro speciebus 2. 3. 4. 5. rite discernendis vix dum perspicue evicti sunt.

arvina.

6. POA panicula diffusa angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. *Fl. suec. 75. Dalib. paris. 28.*

Gramen pratense paniculatum minus. *Bauh. pin. 2. theatr. 31.*

β. Gramen pratense paniculatum minus rubrum. *Tournef. inst. 522.*

Habitat in Europa ad vias. ☉

flava.

7. POA panicula diffusa, spiculis ovato-oblongis nitidis *Gron. virg. 13.*

Gramen pratense majus virginianum. *Per. mus. 239.*

Habitat in Virginia.

pilosa.

8. POA panicula patente stricta; ramificationibus primariis pilosis.

Gramen, paniculis elegantissimis, majus, locustis purpureo-spadiceis minoribus. *Scheuch. gram. 193.*

Habitat in Italia.

amabilis.

9. POA panicula patente, spiculis octifloris linearibus. *Fl. zeyl. 46. **

Gramen paniculatum ex oris malabaricis, panicula delicatior. *Pluk. alm. 176. t. 300. f. 3.*

Habitat in India.

Eragrostis.

10. POA panicula patente, pedicellis flexuosis, spiculis ferratis decemfloris.

Gramen, paniculis elegantissimis, minimum. *Scheuch. gram. 192.*

Gramen Phalaroides, sparsa brizæ panicula, minus. *Barr. ic. t. 44. f. 2.*

Habitat in Italia supra nauros. D. Beck.

capillaris.

11. POA panicula laxa patentissima capillari, foliis pilosis, culmo ramosissimo.

Poa panicula laxa erecta stricta, spiculis erectis oblongis. *Gron. virg. 136.*

Gramen paniculatum virginianum, locustis minimis.

Morif. hist. 3. p. 202. f. 8. r. 6. f. 33.

Ha-

Habitat in Virginia, Canada. D. Kalm.

Panicula capillacea, strictissima, parentissima, ramosissima.

Spiculae ex flosculis 4, 5 s. 6, minimae. Folia ad basin pilis longis raris. Culmus ramosus.

12. POA paniculae ramis simplicissimis, floribus sessilibus, *malabarica*.
feminibus distantibus, culmo repente.

Tiama-pullu. *Rheed. mal. 12. p. 83. t. 45.*

Habitat in Indiae arenosis.

13. POA paniculae ramis simplicissimis, floribus sessilibus *chinensis*.
feminibus imbricatis, culmo erecto.

Habitat in India. Osbeck.

Rami paniculae simplicissimi, ut in antecedente, magis conferti, Flores minores; Flosculi 4 nec septem.

14. POA panicula oblonga subverticillata, flosculis sex-tenella
floris.

Habitat in India.

Gramen bipedale, Foliis longis. Panicula angustata, ramulis confertissimis, subramosis & fere verticillata apparent; Flores tam parvi, ut nudis oculis vix flosculi numerentur.

15. POA panicula coarctata secunda, culmo obliquo com- *compressa*.
presso. *Fl. saec. 74. It. gotl. 178. Dalib. paris. 28.*

Poa spiculis ovatis compressis muticis, panicula secunda coarctata. *Aët. stockh. 1741. p. 184.*

Gramen murorum, radice repente. *Bauh. pin. 2. prodr. 2.*

Gramen paniculatum, radice repente, culmo compresso, locustis distichis pulchellis. *Scheuchz. gram. 198.*

Habitat in Europae & Americae septentrionalis siccis muris, tellis. 2^a

Americana flosculis saepius ternis, Europaea vero senis, habitus tamen idem & structura.

16. POA panicula attenuata, spiculis sub-bifloris mucrona- *nemoralis*.
tis scabris, culmo incurvo.

Gramen sylvaticum, panicula tenui e raris locustis composita. *Dill. spec. 57.*

Gramen paniculatum angustifolium alpinum, locustis rarioribus & angustioribus non aristatis. *Scheuch. gram. 164. t. 2.*

Gramen loliaceum alpinum, paniculis ex rarioribus & exiguis locustis compositum. *Mont. gram. 39.*

β. Gramen cirrhosa & villosa spongia ad singula genicula

la donatum, paniculatum minimum alpinum. *Boce. mus. 2. p. 70. t. 59.*

Habitat in Europa ad radices montium umbrosas

tuberosa.

17. POA panicula secunda patentiuscula, spiculis quadrifloris.

Poa culmorum basi tuberosa. *Guett. stamb. 1 p. 163.*

Dalib. parif. 29.

α. Gramen xerampelinum, miliacea prætenui ramosaque ipsa panicula s. Xerampelino congener arvense xstivum, Gramen minutissimo semine *Lob. illustr. 14. Scheuch. gram. 185.*

β. Gramen arvense, panicula crispa. *Bauh. pin. 3 Barr. ic. 703.*

Gramen arvense angustifolium, panicula densa foliacea: foliolis in panicula angustissimis. *Scheuch. gram. 211.*

γ. Gramen vernum, radice ascalonica. *Vail. parif. 91. t. 17. f. 8.*

Habitat in Gallia.

in α. culmi semper inclinati, in γ. Gluma inæquales; alie late plume, alie contracte longiores. Læff.

BRIZA.

minor.

1. BRIZA spiculis triangulis, calyce flosculis (7) longiore. *Hort. cliff. 23. Roy. lugdb. 63.*

Gramen tremulum minus, panicula parva. *Bauh. pin. 2. prodr. 4.*

Habitat in Helvetia, Italia.

media.

2. BRIZA spiculis ovatis, calyce flosculis (7) brevior. *Hort. cliff. 23. Fl. suæc. 80. Roy. lugdb. 63.*

Gramen tremulum majus. *Bauh. pin. 2. Scheuch. gram. 204.*

Habitat in Europæ partis siccoribus.

maxima.

3. BRIZA spiculis cordatis, flosculis septendecim. *Hort. cliff. 23. Hort. upf. 20. Roy. lugdb. 63.*

Gramen tremulum maximum *Bauh. pin. 2. Scheuch. gram. 204.*

Habitat in Italia, Lusitania.

Eragrostis.

4. BRIZA spiculis lanceolatis, flosculis viginti.

Briza panicula spicata, spiculis lanceolatis. *Guett. stamp. 1. p. 163.*

Uiola calycibus diphyllis, spiculis ovato-lanceolatis. *Græm. xng. 136.*

Gramen paniculis elegantissimis. *Bauh. pin. 2. Scheuch. gram. 194. Moris. hist. 3. p. 204. J. 8. t. 6. f. 52.*
 Gramen Eranthemum f. Eragrostis. *Barr. rar. t. 43.*
Habitat in Europa australi ad agrorum versuras.

UNIOLA.

1. UNIOLA paniculata. *paniculato.*
 Uniola calycibus polyphyllis. *Gron. virg. 136*
 Uniola. *Hort. cliff. 23. Roy. lugdb. 63*
 Gramen myloicophorum omyphyllon carolinianum.
Plek. alm. 173. t. 32. f. 6. Catesb. cor. 1. p. 32.
t. 32.
Habitat in Carolina.

2. UNIOLA subspicata, foliis involutis rigidis. *spicata.*
 Gramen parvum maritimum spicatum, foliis angustis rigidis. *Clayt. 507.*
Habitat in Americæ borealis maritimis.
 Culmus spithameus, Foliis alternis rigidis involuto-mucronatis. Panicula minima, coarctata ut vix signum pedicellorum, secunda; calyx & glumæ carinatae flosculis quatuor.

DACTYLIS.

1. DACTYLIS spicis sparsis secundis scabris numerosis. *cynosuroides.*
 Gramen maritimum, spica crassa dactyloide terminali, odore rancido, culmo albo. *Gron. virg. 135.*
 D. Dactylis spicis alternis secundis incisus erectis approximatis, calycibus unifloris subulatis. *Gron. virg. 134.*
Habitat in Virginia, Canada, Lusitania. &
 Culmus bipedalis, arundinaceus. Folia in culmo sex, lata, culmo longiora, lævisima margine scabra, incurva, pagina interiore glauciore. Spicæ sex s. plurimæ, secundæ. divergentes, paleacæ; flosculis imbricatis latere postico scabris. Calycibus unifloris carina scabris, mucronatis, flosculo longioribus, sessilibus, secundis. Pistillis villosis longioribus.

2. DACTYLIS panicula secunda glomerata. *glomeratus.*
 Cynofurus panicula secunda glomerata. *Fl. succ. 85.*
 Poa flosculis confertis uno vertu dispositis. *Hort. cliff. 28. Roy. lugdb. 62.*
 Gramen spicatum, folio aspero. *Bauh. pin. 3. prodr. 9. Scheuch. gram. 299.*
Habitat in Europæ cultis ruderatis.

CYNOSURUS.

- crisatus*, 1. CYNOSURUS bracteis pinnatifidis. *Hort. cliff.* 493.
Fl. suec. 81. *Roy. lugdb.* 64.
 Gramen pratense cristatum, f. spica cristata lævi. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 8. *Scheuch gram.* 79.
Habitat in Europæ pratis.
- echinatus*, 2. CYNOSURUS bracteis pinnato-paleaceis aristatis.
Roy. lugdb. 64.
 Gramen alopecuroides, spica aspera. *Bauh. pin.* 4. *Scheuch. gram.* 80.
 Gramen alopecurum, spica aspera. *Barr. rar. t.* 123.
Habitat in Europa australiori.
- Lima*, 3. CYNOSURUS spica secunda, calycis gluma interiore spiculis subjecta. *Loefl.*
Habitat in Hispania. ☉
 Gramen vix spithameum. Foliorum vagina tumidiuscula, folio ipso parvo. Spica secunda, arcte imbricata, oblonga, ex floribus secundis, sessilibus, duplici serie, compresso carinatis: calycina valvula exteriori compressa, majore; flores singuli constant flosculis 5.
- durus*, 4. CYNOSURUS spiculis alternis secundis sessilibus rigidis pedicellatis.
 Gramen arvense, polypodii panicula crassiore. *Barr. rar.* 1213. *t.* 50.
Habitat in Europa australi.
- cæruleus*, 5. CYNOSURUS bracteis integris. *Hort. cliff.* 495.
Fl. suec. 82. *Roy. leid.* 64.
 Gramen glumis variis. *Bauh. pin.* 10. *prodr.* 21. *Scheuch. gram.* 83.
Habitat in Europæ pascuis uliginosis. 4
- ægyptius*, 6. CYNOSURUS spicis quaternis obtusis dimidiatis, calycibus mucronatis.
 Cynosurus spicis quaternis terminalibus horizontalibus. *Roy. lugdb.* 64.
 Gramen ischæum malabaricum speciosius, longioribus mucronatis foliis. *Pluk. alm.* 175. *t.* 300. *f.* 8.
 Gramen Dactylon ægyptiacum. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 110. *Roy. lugdb.* 109. *Moris. hist.* 3. *p.* 184. *f.* 8. *t.* 3. *f.* 7. *Scheuch. gram.* 109.
Habitat in Africa, Asia, America.
- indicus*, 7. CYNOSURUS spicis digitatis linearibus, floribus ovato-lanccolatis,
 Cyno-

Cynosurus spicis aggregatis terminalibus deorsum aristatis. *Roy. lugdb. 65.*

Gramen Dactyloides spicis deorsum aristatis. *Burm. zeyl. 106. t. 47. f. 1.*

Gramen dactylon americanum minus. *Scheuch. gram. 107.*

Habitat in Indiis.

8. CYNOSURUS panicula subspicata, flosculis simplicibus biaristatis. *panicus.*

Panicum floribus conglomerato-spicatis lævibus arista dimidio brevioribus. *Fl. succ. 54.*

Panicum spica composita, aristis spica longioribus. *Virid. cliff. 7. Roy. lugdb. 55.*

Panicum spiculis spicatis scabritie adhærentibus. *Hor. cl. 27.*

Gramen paniceum, spica aspera. *Bauh. pin. 8. Scheuch. gram. 47.*

Habitat in Europæ agris cultis. ☉

9. CYNOSURUS paniculæ spiculis sterilibus pendulis *aureis.* ternatis, floribus aristatis.

Gramen barcinonense, panicula densa aurea. *Tournef. inst. 523.*

Gramen panicula pendula aurea. *Bauh. pin. 3. theatr. 33. Scheuch. gram. 149.*

Gramen sciurum s. alopecurum minus, heteromalla panicula. *Barr. rar. 1180. t. 4.*

Habitat in Europa australi.

Spiculæ ternatæ, steriles; Calyce bivalvi, lineari, acuminato, involvente Glumas solitarias, alternas, ovatas, obtusas, concavas, absque valvula minore, staminibus aut pistillis; nequeunt commode dici flores, sed potius pro involucris haberi; Flores bini ad basin spicularum, Calyce lineari, longitudine flosculorum, bifloro; Flosculo inferiori sessili: Gluma exterior ovata, infra apicem arista longa recta; interiore angustissima. Flosculus alter, pedunculo longitudine flosculi prioris, minor, simillimus; tertii flosculi solum rudimentum apparet.

FESTUCA.

* *Panicula secunda.*

1. FESTUCA panicula secunda coarctata aristata, culmo tetragono nudiusculo, foliis setaceis. *Fl. succ. 95.*

Poa foliis setaceis compressis: caulino latiore, panicula

contracta secunda, corollis acuminato-aristatis. *Act. floekb.* 1741. p. 184.

Poa foliis setaceis, panicula ramosa, floribus petiolatis antrorsum spectantibus, glumis subulatis. *Roy. lugdb.* 62.

Poa spiculis ovato-angustis aristato-acuminatis. *Fl. lapp.* 55.

Gramen foliis junceis brevibus, majus, radice nigra. *Bauh. pin. 5. prodr.* 34. *Scheuch. gram.* 279.

Habitat in Europæ collibus apricis aridis vulgatissimum. 2

β. *Festuca* spiculis viviparis. *Fl. suec.* 94.

Gramen paniculatum sparteum alpinum, panicula angusto-spadiceo viridi, proliferum. *Scheuch. gram.* 213. t. 1.

Habitat in Alpibus Lapponiæ, Helvetiæ, Scotiæ. 2

duriuscula. 2. *FESTUCA* panicula nutante inferne ramosa, spicis ascendentibus hispidis, foliis setaceis. *Roy. lugdb.* 68.

Gramen pratense, panicula duriore laxa unam partem spectante. *Raj. hist.* 1286. *Scheuch. gram.* 285.

Gramen tenue duriusculum & pene junceum. *Bauh. hist.* 2. p. 463.

Habitat in Europæ pratis siccis.

rubra 3. *FESTUCA* panicula secunda scabra, spiculis sexfloris aristatis: hosculo ultimo mutico, culmo semitereti. *Fl. suec.* 93.

Gramen alpinum pratense, panicula duriore laxa spadicea: locullis majoribus. *Scheuch. gram.* 287.

Habitat in Europæ sterilibus siccis.

Magnitudine, colore maturitatis rubro, culmo tereti sed altero latere planiusculo, distinguitur a F. ovina,

amethystina. 4. *FESTUCA* panicula spicata, spiculis uno versu inclinatis submuticis. *Roy. lugab.* 68.

Gramen montanum, foliis capillaribus longioribus, panicula heteromalla spadicea & velut amethystina. *Scheuch. gram.* 276.

Gramen paniculatum elatius, spicis longis muticis squamolis. *Raj. hist.* 1286. *angl.* 3. p. 411.

Habitat in Italia, Gallia, Anglia.

myuros. 5. *FESTUCA* panicula spicata nutante, calycibus minutissimis muticis, floribus icabris. *Roy. leid.* 68.

Gramen festuceum myurum, minori spica heteromalla. *Barr. ic. t.* 99. f. 1.

Gramen murorum, spica longissima. *Raj. angl.* 3. p. 415. *hist.* 286. *Morif. hist.* 5. p. 215. l. 7 t. 43.
Habitat in Anglia, Italia.

6. FESTUCA panicula subnutante secunda, pedunculis *incrassata*.
 incrassatis, aristis calycinis longitudine flosculorum.
 Gramen festuceum myurum clausus, spica heteromalla,
 gracili. *Barr. ic.* t. 99. f. 2. *Scheuch. gram.* 293?
Habitat in Hispania.

Singulare quod pedunculi membranacei floribus fere cras-
siores. Calycinæ aristæ non breviores aristis flosculorum.

7. FESTUCA panicula secunda: spiculis erectis: calycis *bromoides*.
 altera valvula integra; altera acuminata.

Festuca spicis erectis ad unum latus, palea altera caly-
 cina minima, altera acuminata. *Roy. lugdb.* 68.

Gramen paniculatum bromoides minus, paniculis ari-
 statis unam partem spectantibus. *Raj. angl.* 3. p. 415.
hist. 1287. *Pluk. alm.* 174. t. 33. f. 10. *Scheuch.*
gram. 297.

Habitat in Anglia, Gallia.

* *Panicula æquali.*

8. FESTUCA panicula erecta, spiculis subovatis muti- *decumbens*
 cis, calyce flosculis majore, caule decumbente. *Fl.*
92. It. scan. 226.

Gramen montanum avenaceum, locustis muticis tu-
 mentibus, pilosum. *Scheuch. gram.* 170.

Gramen avenaceum parvum procumbens, paniculis non
 aristatis. *Raj. angl.* 3. p. 408. *hist.* 1288. *Pluk. alm.*
 174. t. 34. f. 1. *Mont. prodr.* 53. t. 2. f. 1.

Habitat in Europæ pascuis siccis sterilibus.

9. FESTUCA panicula secunda erecta, spiculis subarista- *elasticæ*
 tis exterioribus teretibus. *Fl. suec.* 91.

Festuca panicula spicata, spiculis uno versu inclinatis
 submuticis. *Roy. lugdb.* 68.

Gramen pratense majus, locustis tumidis. *Buxb. cent.*
 5. p. 41. t. 16.

Habitat in Europæ pratis fertilissimis.

10. FESTUCA panicula ramosa erecta. spiculis subses- *fluitans*
 sibus teretibus muticis. *Fl. szec.* 90.

Poa spiculis oblongis erectis *Mont. cliff.* 28. *Roy. lugdb.* 62.

Gramen aquaticum fluitans, multiplici spica. *Bauh. pin.*
 2. *theatr.* 41. *Scheuch. gram.* 199.

Habitat in Europæ fossis & paludibus.

- crislata.* 11. **FESTUCA** panicula spicata lobata, spiculis ovatis latis sexfloris hirsutis. *Læf.*
Habitat in Lusitanix collibus sterilibus.
Culmi e radice plurimi, vix digiti longitudine. Panicula subspicata, fere ovata, diversa ab Aira crisata flosculis pluribus iisque hirsutis, culmo brevior, facie autem accedit.

BROMUS.

- secalinus.* 1. **BROMUS** panicula patente, spiculis ovatis: aristis re-
 ctis. *Fl. succ.* 84.
Festuca culmo paniculato, spicis compresso-ovatis. Fl. lapp. 28. *Roy. lugdb.* 67.
 β. *Festuca graminea, glumis hirsutis. Baub. pin.* 9. *theatr.* 143. *Scheuch. gram.* 250.
Gramen avenaceum fegetale majus, gluma turgidior.
Morif. hist. 3. f. 8. t. 7. f. 16.
Habitat in Europæ agris secalinis arenosis. ☉
- squarrosus.* 2. **BROMUS** panicula patula. spicis ovatis: aristis divaricatis.
Festuca graminea, glumis vacuis. Scheuch. gram. 251. t. 5. f. 11.
Gramen avenaceum, locustis amplioribus candicantibus glabris & aristatis. Tournes. inst. 525.
Gramen phalaroides acerosum, nutante spica. Barr. ic. 24. f. 1.
Habitat in Gallia, Helvetia, Sibiria.
- purgans.* 3. **BROMUS** panicula nutante crispa, foliis utrinque nudis: vaginis pilosis, glumis villosis.
Gramen bromoides catharticum. Few. peruv. 705. t. 1?
Habitat in Canada. Kalm. 2
Culmus sesquipedalis, firmus. Folia latitudine arundinis, carinata, viridia, supra fere nuda, subtus omnino glabra. Vaginae foliorum retrorsum pilosae. Panicula crispa, flexuosa, nutans. Spiculae flosculis 8 ad 14, oblongae. Glumae pilis brevissimis undique extus villosae. Arista sub apice glumae exterioris. Differt nostra a Fewillaei radicibus fibrosis nec squarrosis; spiculis angustioribus.
- ciliatus.* 4. **BROMUS** panicula nutante, foliis utrinque vaginisque subpilosis, glumis ciliatis.
Habitat in Canada ex semine. D. Kalm.
Culmi tenues. Folia utrinque & vaginae vix manifeste pubescentes. Panicula valde nutans, non crispis pedunculis.

culis. Spioule oblongæ, compressæ, petalorum marginibus (non dorso) valde pilosis. qua nota facile distinguitur. Flosculi 8, sub apice aristati: calyces nudi. Glumæ corollæ lanceolatae.

5. BROMUS panicula patula, spiculis oblongis distichis, *sterilis.*
glumis subulato-aristatis.
Festuca avenacea sterilis elatior. Bauh. pin. 9. Moris. hist. 3. p. 212. f. 8. t. 7. f. 11.
Gramen avenaceum, panicula sparsa, locustis majoribus & aristatis. *T. Scheuch. gram. 258.*
Habitat in Europæ australioris agris, sylvis.
6. BROMUS panicula nutante, spiculis ovato-oblongis. *arvensis.*
Fl. suec. 85.
Bromus culmo paniculato, spicis compressis. *Fl. lapp. 27. Hort. cliff. 25.*
Festuca graminea, juba affusa. Bauh. pin. 192.
Festuca avenacea sterilis elatior circa Upsaliam. Rudb. elys. 1. p. 87. f. 7. opt.
Gramen avenaceum villosum, locustis amplioribus viridantibus margine argenteo cinctis aristatis. *T. Scheuch. gram. 253*
Ægilops major, caule & foliis arundinaceis, locustis glabrioribus & angustioribus e fusco verampelinis. Dill, app. 60.
Habitat in Europa ad versuras agrorum. ☉
7. BROMUS panicula nutante, spiculis linearibus. *Fl. tectorum, suec. 86.*
Gramen avenaceum, locustis villosis angustis candicantibus & aristatis. *Tournefort. inst. 526.*
Gramen avenaceum, locustis villosis angustis candicantibus & aristatis. *T. Scheuch. gram. 254.*
Habitat in Europæ collibus siccis & tellis terrestribus ☿
8. BROMUS panicula erecta coarctata. *Fl. suec. 87. bordeacens.*
Festuca avenacea sterilis humilior. Bauh. pin. 10.
Gramen avenaceum pratense, panicula squamata & villosa. *Moris. hist. 3. p. 213. f. 8. t. 7. f. 18. ?*
Habitat in Europæ collibus aridissimis sabulosis. ☽
9. BROMUS panicula nutante, spiculis quadrifloris aristis *giganteis.*
brevioribus.
Gramen sylvaticum glabrum, panicula r. curva, *Vaill. paris. 93. t. 18. f. 3.*
β Bromus paniculæ ramis conjugato-binatis. *Fl. suec. 88.*
Festu-

Festuca foliis digiti latitudine longissimis, panicula laxa.

Roy. lugdb. 69.

Gramen bromoides aquaticum latifolium, panicula sparsa tenuissima aristata. *Scheuch. gram.* 264.

Habitat in Europæ sylvis ficcis. 2

pinnatus.

10. BROMUS culmo indiviso, spiculis alternis subsessilibus teretibus. *Fl. suec.* 89. *it. gotl.* 180.

Festuca culmo alternatim spicato, spicis teretibus. *Fl. lapp.* 29. *Roy. lugdb.* 67.

Gramen, spica brizæ, majus. *Bauh. pin.* 9. *prodr.* 19. *theatr.* 133.

Habitat in Europæ sylvis montosis asperis. 2

cristatus.

11. BROMUS spiculis distiche imbricatis sessilibus depressis. *Plant. carstsch.* 1. *

Festuca culmo spicato, spiculis multifloris. *Gmel. sibir.* 1. p. 117. t. 23.

Gramen triticeum, spica latiore compacta, cristatum. *Buxb. cent.* 1. p. 32. t. 50. f. 3.

Habitat in Sibiria, Tataria. 2

STIPA.

pennata.

1. STIPA aristas lanatis.

Festuca aristas paniculæ circiter longitudine plumosis. *Roy. lugdb.* 63.

Gramen spicatum, aristas pennatis. *Tournef. inst.* 518. *Scheuchz. gram.* 153.

Gramen sparteum pennatum. *Bauh. pin.* 5. *theatr.* 70.

Spartum austriacum. *Clus. hist.* 2. p. 221.

Habitat in Austria, Gallia.

juncea.

2. STIPA aristas nudis, calycibus semine longioribus.

Festuca aristas circiter longitudine paniculæ nudis. *Roy. lugdb.* 68.

Festuca juncea folio. *Bauh. pin.* 9. *Theatr.* 145. *Scheuchz. gram.* 151.

Festuca longissimis aristas. *Bauh. pin.* 10. *theatr.* 153.

Habitat in Helvetia, Gallia.

avenacea.

3. STIPA aristas nudis, calycibus semen æquantibus.

Andropogon folio superiore spathaceo, pedunculis lateralibus oppositis unifloris, aristas flexuosis. *Gron. virg.*

133.

Habitat in Virginia.

Culini texues. Folium summum ventricosum longitudine pani-

paniculae. Panicula pedunculis conjugatis, unifloris. Calycis gluma uniflora, pallida, bivalvis, aequalis. Corollae arista terminalis, contorta basi articulata, ruda, longitudine pedunculorum. Gramen hoc Avena sativa minor est.

AVENA.

1. AVENA paniculata, calycibus unifloris, seminibus his-sibirica, iutis, aristis calyce triplo longioribus. Festuca glumis villosis, aristis calyce triplo longioribus. *Gmel. sibir. 1. p. 113. t. 22.*
Habitat in Sibiria.
2. AVENA calycibus bifloris, flosculo hermaphrodito elatior, mutico, masculo aristato. *Fl. suec. 98.*
Avena calycibus bifloris, panicula laxe spicata: pedunculis prioribus fasciculatis. *Guet. stamp. 1. p. 182.*
Gramen avenaceum, panicula acerosa, semine paposo. *Dill. app. 48.*
Gramen avenaceum elatius, juba longa splendente. *Raj. meth. 179. angl. 3. p. 406. Moris. hist. 3. p. 214. f. 8. t. 7. f. 37. Scheuch. gram. 239. Hall. helv. 225.*
- β. Avena panicula nutante, calycibus bifloris: altero flosculo aristato. *Roy. lugdb. 66.*
Gramen nudosum, avenacea panicula, radice tuberibus praedita. *Bauh. pin. 2. prodr. 3. theatr. 18. Scheuch. gram. 237.*
Habitat in Europæ maritimis & apricis.
3. AVENA panicula attenuata, calycibus bifloris seminibus pennsylvanica villosis, aristis calyce duplo longioribus.
Habitat in Pennsylvania. Kalm.
4. AVENA panicula contracta, flosculis binis apice bilobis, aristis, dorso arista reflexa. *Læfl.*
Habitat in Hispania.
Gramen vix digiti longitudine; culmi plures ex radice. Folia planiuscula: summum ventricosum latius. Panicula coarctata, crassa. Calyx flosculis longior. Aristæ terminales, setaceae, longitudine corollarum: dorsalis duplo longior, torta.
5. AVENA calycibus dispermis, seminibus laevibus. *Hort. sativa. cliff. 25. Hort. upf. 20. Mat. med. 38. Roy. lugdb. 65.*
Avena nigra. *Bauh. pin. 23.*
- β. Avena alba. *Bauh. pin. 23.*
Habitat - - -

- fatua.* 6. AVENA panicula patente, calycibus trifloris, flosculis basi pilosis. *Fl. suec.* 97.
 Avena seminibus hirsutis. *Fl. lapp.* 30. *Roy. lugdb.* 65.
 Festuca utriculis lanugine flavescens. *Bauh pin.* 10.
 Gramen avenaceum, locustis lanugine flavescens.
Scheuch. gram. 239.
Habitat in Europæ agris inter segetes. ☉
- flavescens.* 7. AVENA panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, flosculis omnibus aristatis. *Roy. lugdb.* 66.
 Gramen avenaceum pratense elatius, panicula flavescens, locustis parvis. *Raj. angl.* 3. p. 407. *hist.* 1284.
Scheuch. gram. 223.
 Gramen avenaceum, spica sparsa flavescens, locustis parvis. *Morif. hist.* 3. p. 215. f. 8. t. 7. f. 42.
Habitat in Germania, Anglia, Gallia.
- fragilis.* 8. AVENA spicata, flosculis subquaternis calyce longioribus.
 Gramen loliaceum lanuginosum spica fragili articulata. glumis pilosis aristatum. *Scheuch. gram.* 32.
 Gramen loliaceum spurium hirsutum, aristis geniculatis.
Barr. ic. 905. f. 1. 2. 3.
Habitat in Lusitania, Hispania. Læst.
- pratense.* 9. AVENA calycibus quinquefloris, panicula spicata. Avena panicula spicata, spiculis cylindricis culmo oppressis. *Guett. stamp.* 1 p. 182.
 Avena spicis erectis, calyce spiculis brevior. *Fl. lapp.* 31. *Fl. suec.* 96.
 Avena calycibus trifloris, panicula nutante, foliis planis. *Gmel. sibir.* 1. p. 129.
 Gramen avenaceum montanum, spica simplici, aristis recurvis. *Raj. angl.* 3. p. 252. t. 21. f. 1. *Scheuch. gram.* 226.
3. Gramen avenaceum glabrum s. potius hirsutum, panicula purpuro-argentea splendens. *Raj. angl.* 3. p. 406. t. 21. f. 2.
Habitat in Europæ pascuis siccis apricis.
 Phalangium, parvo flore, ramosum. *Baub. pin.* 29.
 Phalangium majus. *Cam. epit.* 580.
Habitat in Europæ australioris rupibus calcareis. 2

- Liliago.* 3. ANTHEERICUM foliis planis, scapo simplicissimo.
Hort. ups. 85. *It. scan.*
 Anthericum caulibus non ramosis, foliis planis. *Guett. stamp.* 1. p. 128.
 Phalangium, parvo flore, non ramosum. *Baub. pin.* 29. *Morif. hist.* 2. p. 333. f. 4. t. 1. f. 10.
 Phalangium non ramosum. *Lob. ic.* 48.
Habitat in Helvetia, Germania, Gallia.

* *Bulbine foliis carnosis.*

- frutescens.* 4. ANTHEERICUM foliis carnosis teretibus, caule fruticoso.
 Anthericum caulescens, foliis pulposis teretibus subulatis supine convexo-planis. *Wach. ultr.* 305.

Bul-

- Bulbine caulescens. *Hort. cliff.* 122. *Roy. lugdb.* 122.
 Phalangium capense caulescens, foliis cepitiis succosis.
Dill. elth. 310. t. 231. f. 298.
Habitat ad Cap. b. Spei. 5
5. ANTHERICUM foliis carnosis subulatis planiuscu- *aloides.*
 lis. *Hort. upf.* 83.
 Anthericum foliis pulposis lanceolato-subulatis supine
 excavatis. *Wach. ultr.* 304.
 Bulbine acaulis. *Hort. cliff.* 123. *Roy. lugdb.* 33.
 Phalangium capense sessile, foliis aloeformibus pulposis.
Dill. elth. 312. t. 232. f. 300.
Habitat ad Cap. b. Spei. 4
6. ANTHERICUM foliis carnosis subulatis semitereti- *Asphodeloi-*
 bus strictis. *Hort. upf.* 83. *des.*
 Anthericum acaule, foliis pulposis teretibus subulatis su-
 pine convexo planis. *Wach. ultr.* 305.
Habitat in Æthiopia. 2
 Folia *six striata, sed stricta, margine aspera, dorso versus*
alterum latus gibbifera.
7. ANTHERICUM foliis carnosis subulatis teretibus. *annuum.*
Hort. upf. 83. *
 Anthericum acaule, foliis setaceis caule angustioribus.
Wach. ultr. 305.
Habitat in Æthiopia. ☉
- * *Nartheicum foliis ensiformibus.*
8. ANTHERICUM foliis ensiformibus, filamentis la- *officiagum.*
 natis. *Fl. succ.* 268. *Gmel. sibir.* 1. p. 73. t. 18. f. 2.
 Anthericum scapo folioso laxo spicato, filamentis villo-
 sis. *Fl. lapp.* 136 *Roy. lugdb.* 45.
 Nartheicum. *Mæbr. E. N. C.* 1742. p. 389. t. 5. f.
 1. *Wach. ultr.* 303. *Gort. gelr.* 69.
 Pseudo-Asphodelus palustris anglicus. *Baub. pin.* 29.
 Asphodelus luteus palustris. *Dod. pempt.* 208.
Habitat in Europæ borealis uliginosis. 2
9. ANTHERICUM foliis ensiformibus, perianthiis tri- *calyculatam.*
 lobis, filamentis glabris. *Fl. succ.* 269. *It. gotl.* 194.
 221.
 Anthericum filamentis lævibus, perianthio trifido. *Hort.*
cliff. 140. *Gron. virg.* 39
 Anthericum scapo nudo capitato, filamentis glabris. *Fl.*
lapp. 139. t. 10. f. 3.

Phalangium alpinum palustre, iridis folio. *T. Segu. ver.*
2. p. 61. t. 14

PseudoAsphodelus alpinus. *Bauh. pin.* 29.

Habitat in alpidibus Helvetiæ, Lapponiæ, Sibiricæ. &

Genus nullum in tota classe Liliacea difficilius determinatur: 8 ossifragum & 9 calyculatum habitu toto ita uniantur, ut demta fructificatione vix distinguantur, at Species 9 gerit Stamina glabra, Pericarpium subglobosum, Stigmata tria sine stylis & Perianthium trivalve. Species 8 annectitur speciebus 4. 5. 6. 7. Stamina hirsutis, at differt Germine pyramidato, Seminibus paleaceis, Corolla persistente. Species 1. 2. 3. differant a speciebus 4. 5. 6. 7, Stamina glabris, habitu Asphodeli, adeoque vel sub uno eodisque genere tradendæ, vel etiam sub quatuor distinctis: α . 1. 2. 3. β . 4. 5. 6. 7; γ . 8; δ . 9. proponendæ; hoc dum fieret difficillime character specierum a obtineretur.

LEONTICE.

Chryfogonum

1. LEONTICE foliis pinnatis: petiolo communi simplici. *Hort. cliff.* 122.

Leontopetalon foliis costæ simplici innascentibus. *Tournef. cor.* 49.

Leontopetalo affinis, foliis quernis. *Bauh. pin.* 324. *Moris. hist.* 2. p. 285. f. 3. t. 5. f. 3.

Chryfogonum diofcoridis. *Rauv. itin.* 119, *Raj hist.* 1326.

Habitat inter Græciæ segetes. &

Leontopetalon

2. LEONTICE foliis decompositis: petiolo communi trifido. *Hort. cliff.* 122.

Leontopetalon foliis costæ ramosæ innascentibus. *Tournef. cor.* 49.

Leontopetalo. *Bauh. pin.* 324. *Cam. epit.* 565. *Moris. hist.* 2. p. 285. f. 3. t. 15. f. 6. *Raj hist.* 1326.

Habitat in Apulia, Hetruria, Creta. &

Thalictrodes

3. LEONTICE folio caulino tritermato (27), florali bitermato (9).

Leontice foliis supradecompositis. *Gron. virg.* 151. * *Cold. noveb.* 75.

Habitat in Virginia. &

Modus crescendi Epimedii. Caulis nudus, terminatus
Foliis tribus, patentibus, petiolatis: Petiolus singulus trifidus, adnatis novem foliolis, quorum lateralia duo, sessilia, biloba; intermedium petiolatum, trilobum;
infra

*infra divisuram primam caulis exerit e latere folium
Petiolis tribus: singulis simplicibus triphyllis, infra
quos Racemus simplex cum duobus lateralibus.*

4. LEONTICE foliis simplicibus tripartito-multifidis, *Leontopeta-*
corollis monopetalis calyculatis. † *loides.*
Leontopetaloides. Amin. act. 8. p. 211. t. 113.
Habitat in India.
*Habitus hujus generis, at flos videtur satis diversus, an
sufficienter pro distincto genere determinent autoptæ.*

ASPARAGUS.

1. ASPARAGUS caule herbaceo erecto, foliis fetaceis, *officinalis,*
stipulis paribus. *Fl. suec. 272. Mat. med. 169. Hort.*
cliff. 121. Roy. lugdb. 28.
α. Asparagus maritimus, crassiore folio. *Bauh. pin. 490. maritimus.*
β. Asparagus sylvestris, tenuissimo folio. *Bauh. pin. 490.*
γ. Asparagus sativa. *Bauh. pin. 489. altalis.*
Asparagus. Cam. epit. 259.
Habitat in Europæ arenosis. 2
2. ASPARAGUS caule inermi, ramis declinatis, foliis *declinatus,*
fetaceis, *Roy. lugdb. 29.*
Habitat in Africa,
3. ASPARAGUS aculeis solitariis, foliis ensiformibus *falcatus.*
falcatis. *Fl. zeyl. 123. **
Asparagus foliis falcatis ex uno puncto numerosis.
Burm. zeyl. 36. t. 13. f. 2.
Habitat in Zeylona. 5
4. ASPARAGUS aculeis solitariis, ramis reflexis retro- *retrofractus.*
fractisque, foliis fasciculatis.
Asparagus frutescens, foliis fasciculatis fetaceis termi-
*nalibus, ramis reflexis retroflexis. Hort. cliff. 121. **
Roy. lugdb. 28.
Asparagus africanus tenuifolius, viminalibus virgis, fo-
liis loricis ad instar ex uno puncto numerosis stella-
tum positis. Pluk. amalth. 40. t. 375. f. 3.
Habitat in Africa. 5
5. ASPARAGUS aculeis solitariis, caule erecto, foliis *asiaticus.*
fasciculatis, ramis filiformibus.
Asparagus aculeis alternis, ramis solitariis filiformibus,
foliis fetaceis fasciculatis lateralibus. Hort. cliff. 122.
** Roy. lugdb. 28.*
Habitat in Asia.

- albus.* 6. ASPARAGUS aculeis solitariis, ramis flexuosis, foliis fasciculatis angulatis muticis deciduis.
Asparagus aculeis solitariis, ramulis flexuosis binis oppositis spinosis foliosis, foliis fasciculatis. *Roy. lugdb.* 29.
Asparagus aculeatus, spinis horridus. *Bauh. pin.* 490.
Corduba tertia. *Clus. hist.* 2. p. 178.
Habitat in Lusitania, Hispania. †
- acutifolius.* 7. ASPARAGUS caule ineremi fruticoso, foliis aciformibus perennantibus mucronatis ternis æqualibus.
Asparagus foliis aciformibus pungentibus, caule fruticoso ineremi. *Sauv. monsp.* 45.
Asparagus foliis acutis. *Bauh. pin.* 490.
Asparagus sylvestris. *Cam. epit.* 260.
Habitat in Lusitania, Hispania. †
- aphyllus.* 8. ASPARAGUS aphyllus, spinis fasciculatis inæqualibus divergentibus. *Hort. cliff.* 122. *Roy. lugdb.* 29.
Asparagus aculeatus alter, tribus aut quatuor spinis ad eundem exortum. *Bauh. pin.* 490.
Corduba altera. *Clus. hist.* 2. p. 178.
β. Asparagus creticus fruticosus, crassioribus & brevioribus aculeis, magno fructu. *Tournef. itin.* 91. t. 15.
Habitat in Sicilia, Hispania, Lusitania. †
- capensis.* 9. ASPARAGUS spinis lateralibus terminalibusque, ramis aggregatis, foliis fasciculatis.
Asparagus foliis quinis setaceis, spinis terminalibus lateralibusque, ramulis ternis quaternisque. *Hort. cliff.* 121.
Asparagus aculeatus, triplici spina, surrectus. *Pluk. alm.* 54. t. 15. f. 4.
Habitat ad Caput b. Spei. †
- sarmentosus.* 10. ASPARAGUS foliis solitariis lineari lanceolatis, caule flexuoso, aculeis recurvis. *Fl. zeyl.* 124. *
Asparagus aculeatus zeylanicus maximus sarmentosus. *Herm. lugdb.* 62. t. 650. 63.
Habitat in Zeylona. †

CONVALLARIA.

* Lil. conv. *T. corollis campanulatis.*

- majolis.* 1. CONVALLARIA scapo nudo. *Fl. lapp.* 113. *Fl. succ.* 273. *Mat. med.* 167. *Hort. cliff.* 124. *Roy. lugdb.* 26. *Gmel. sibir.* 1. p. 34.

Lilium convallium album. *Bauh. pin.* 304.
 Lilium Convallium alpinum. *Bauh. pin.* 304.
 Lilium convallium latifolium. *Bauh. pin.* 304.
Habitat in Europa septentrionali. &

* * Polygonata *T. corollis infundibuliformibus.*

2. CONVALLARIA foliis verticillatis. *Fl. lapp.* 114. *verticillata.*
Fl. suec. 215. *Hort. cliff.* 125. *Roy. lugdb.* 26.

Polygonatum angustifolium non ramosum. *Bauh. pin.*
 303

Polygonatum alterum. *Dod. pempt.* 345.

β. Polygonatum angustifolium ramosum. *Bauh. pin.* 304.
Habitat in Europæ septentrionalis saltibus, præcipitiis. &

3. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus, *Polygonatum.*
 caule ancipiti, pedunculis axillaribus unifloris. *Mat.*
med. 168. *Gmel. sibir.* 1. p. 34. *Phil. bot.* 218.

Convallaria foliis alternis, floribus axillaribus. *Fl. suec.*
 274. *Hort. cliff.* 124. *Gron. virg.* 37. *Roy. lugdb.* 26.

Convallaria foliis alternis, pedunculis pendulis unifloris.
Sauv. monsp. 42.

Polygonatum latifolium vulgare. *Bauh. pin.* 305.

β. Polygonatum floribus ex singularibus pedunculis. *Bauh.*
hist. 3. p. 530.

Polygonatum latifolium, flore majore odoro. *Bauh. pin.*
 303.

Habitat in Europæ septentrionalis præcipitiis rupibus-
que. &

4. CONVALLARIA foliis amplexicaulibus, caule tere- *multiflora.*
 ti, pedunculis axillaribus multifloris. *Phil. bot.* 218.

Convallaria foliis alternis, pedunculis pendulis multiflo-
 ris. *Sauv. monsp.* 42.

Polygonatum latifolium maximum. *Bauh. pin.* 303.

Polygonatum latifolium 1. *Clus. hist.* 1. p. 275.

Habitat in Europæ septentrionalis præcipitiis, rupibus. &

* * Smilaces *T. corollis rotatis.*

5. CONVALLARIA foliis sessilibus, racemo terminali *racemosa.*
 composito.

Convallaria racemo composito. *Roy. lugdb.* 26.

Convallaria foliis alternis, racemo terminali. *Hort. cliff.*
 125. *Gron. virg.* 38.

Polygonatum racemosum. *Corn. canad.* 36. t. 37.

Polygonatum ramosum & racemosum spicatum. *Morif.*
hist. 3. p. 537. f. 13. t. 4. f. 9.

Polygonatum racemosum americanum, ellebori albi foliis ampliffimis. *Pluk. alm.* 301. t. 311. f. 2.
Habitat in Virginia, Canada. ♀

stellata.

6. CONVALLARIA foliis amplexicaulibus plurimis, racemo terminali simplici.

Polygonatum virginianum erectum spicatum, flore stellato. *Morif. hist.* 3. p. 536. f. 13. t. 4. f. 7.

Polygonatum canadense spicatum fertile. *Corn. canad.* 33. t. 33.

Habitat in Canada. ♀

trifolia.

7. CONVALLARIA foliis amplexicaulibus ternis, racemo terminali simplici.

Convallaria floribus racemosis, foliis ovatis oblongis caulinis. *Gmel. sibir.* 1. p. 36. t. 4.

Phalangium veratti foliis. *Amn. ruth.* 137.

Habitat in Sibiriae sylvis. ♀

bifolia.

8. CONVALLARIA foliis cordatis. *Fl. lapp.* 113. *Fl. suec.* 276. *Hort. cliff.* 125. *Roy. lugd.* 26. *Gmel. sibir.* 1. p. 35.

Lilium convallium minus. *Bauh. pin.* 304.

Gramen parnassi. *Cam. epit.* 744.

Habitat in Europæ borealis pratis depressis asperis. ♀

POLIANTHES.

tuberosa.

I. POLIANTHES.

Polianthes floribus alternis. *Hort. cliff.* 127. *Hort. ups.* 76. *Fl. zeyl.* 225.

Hyacinthus indicus tuberosus, flore narcissi. *Bauh. pin.* 47. *Rudb. clys.* 2. p. 39. f. 4.

β. Hyacinthus indicus tuberosus, flore hyacinthi orientalis. *Bauh. pin.* 47. *Rudb. clys.* 2. p. 38. f. 2.

Hyacinthus indicus, tuberosa radice. *Clus. hist.* 1. p. 176.

Habitat in India. ♀

HYACINTHUS.

non scriptus.

I. HYACINTHUS corollis campanulatis sexpartitis apice revolutis. *Hort. cliff.* 125. *Roy. lugd.* 27. *Sauv. monsp.* 17.

Hyacinthus, oblongo flore cæruleus major. *Bauh. pin.* 43.

Habitat in Anglia, Gallia, Hispania, Italia. ♀

Bra-

Bractæ sunt sæpius floribus longiores, & binæ. Petala apice revoluta. Stigma guttula madidum.

2. HYACINTHUS corollis campanulatis sexpartitis, cernuus. racemo cernuo.

Hyacinthus hispanicus. *Clus. hist. 1. p. 177.*

Hyacinthus, oblongo flore suaviter rubente, minor.

Baub. pin. 44.?

Habitat in Hispania. 2

Convenit cum H. non scripto habitu & facie, quamvis minor; differt vero foliis magis linearibus, minus lanceolatis, erectioribus, Racemo magis nutante; Corollis incarnatis nec cæruleis, tereticibus, cum petalorum lateribus ad basin minus plano patentibus nec dorso linea elevata notatis, minusque revolutis (quamvis reflexa) quam in illo; Pistillum demum staminibus brevius est. Bractæ binæ, saturatus incarnate.

3. HYACINTHUS corollarum exterioribus petalis distinctis, interioribus coadunatis.

Hyacinthus obsoleto flore. *Baub. pin. 44.*

Hyacinthus, obsoleto coloris, hispanicus serotinus. *Clus. hist. 1. p. 177.*

Habitat in Hispania, Mauritania. 2

4. HYACINTHUS corollis campanulatis semifexfidis anteclystus basi cylindricis. *Hort. ups. 85.*

Hyacinthus, oblongo cæruleo flore, minor. *Baub. pin. 44. Rudb. elyf. 2. p. 27. f. 8.*

Hyacinthus minor hispanicus angustifolius. *Baub. hist. 2 p. 587.*

Habitat in Hispania? 2

5. HYACINTHUS corollis infundibuliformibus semifexfidis basi ventricosis. *Hort. ups. 85. Hort. cliff. 125. Roy. lugdb. 27.*

Hyacinthus orientalis, (spec. 1 — 15) & plenus (1 — 3) *Baub. pin. 44.*

Hyacinthus orientalis major & minor. *Dod. pempt. 216.*

Habitat in Asia, Africa. 2

6. HYACINTHUS corollis ovatis. *Hort. cliff. 126. Muscari Hort. ups. 85. Roy. lugdb. 28.*

Hyacinthus racemosus moichatus. *Baub. pin. 43.*

Muscari obsoleto flore. *Clus. hist. 1. p. 178.*

Habitat in Asia ultra Bosphorum, inde in Europam un- 26 1554. 2

7. HYA-

- monstrosus.* 7. HYACINTHUS corollis subovatis. *Viv. cliff.* 28.
Roy. lugdb. 28.
 8. Hyacinthus floribus paniculatis monstrosis. *Hort. cliff.* 126.
 Hyacinthus panicula cærulea. *Baub. pin.* 42.
 Hyacinthus fannesiæ, panicula comosa. *Col. ecphr.* 2.
p. 10. t. 12,
Habitat - - - primum inventa in agro Papiensi, &
juxta Boran Galliæ. &
An sequentis sola varietas?
- comosus.* 8. HYACINTHUS corollis angulato-cylindricis: sum-
 mis sterilibus longius pedicellatis.
 Hyacinthus corollis globosis: summis pedunculatis, fo-
 liis ensiformibus. *Sauv. monsp.* 17.
 Hyacinthus comosus major purpureus. *Baub. pin.* 42.
 Hyacinthus. *Cam. epit.* 798.
Habitat in Galliæ & Europæ australis agris. &
- botryoides.* 9. HYACINTHUS corollis globosis uniformibus, fo-
 liis canaliculato-cylindricis.
 Hyacinthus corollis globosis. *Hort. cliff.* 126. *Hort.*
ups. 85. *Roy. lugdb.* 28.
 Hyacinthus corollis globosis, foliis in cylindrum con-
 volutis. *Sauv. monsp.* 19.
 Hyacinthus racemosus cæruleus minor juncifolius. *Baub.*
pin. 43.
 Hyacinthus botryoides vulgaris. *Lob. ic.* 107.
Habitat in Italia.
- racemosus.* 10. HYACINTHUS corollis ovatis: summis sessilibus,
 foliis ensiformibus. *Sauv. monsp.* 17.
 Hyacinthus racemosus cæruleus minor latifolius. *Baub.*
pin. 43.
 Hyacinthus botryoides 1. *Clus. hist.* 1. p. 181.
Habitat in Europa australi. &
- Orchoides.* 11. HYACINTHUS corollis irregularibus sexpartitis.
 Hyacinthus orchoides africanus major bifolius macula-
 tus, flore sulphureo obsolete majore. *Breyne. prodr.*
3. p. 24. t. III. f. 2.
Habitat in Æthiopia. &
- lanatus.* 12. HYACINTHUS corollis lanatis, caule ramofo. *Roy.*
lugdb. 27.
Habitat - - -

ALETRIS.

1. ALETRIS. *Gen. nov.* 1076 *farinosa.*
 Hyacinthus caule nudo, foliis lingviformibus acuminatis
 dentatis. *Gron. virg.* 38.
 Hyacinthus floridanus spicatus. *Pluk. amalb.* 119. t.
 437. f. 3.
Habitat in America septentrionali. ♀

YUCCA.

1. YUCCA foliis integerrimis. *Vir. cliff.* 29. *gloriosa.*
 Yucca foliis margine integerrimis. *Hort. cliff.* 130.
Hort. ups. 88. *Roy. lugdb.* 29.
 Yucca foliis aloës. *Bauh. pin.* 91.
 Yucca indica, foliis aloës. *Barr. rar.* 70. t. 1194.
 Cordyline foliis pungentibus integerrimis. *Roy. lugdb.* 22.
Habitat in Canada, Peru. ♀
2. YUCCA foliis crenulatis strictis. *aloifolia.*
 Yucca foliis crenulatis. *Vir. cliff.* 29.
 Yucca foliorum margine crenulato. *Hort. cliff.* 130. 2.
 Yucca arborescens, foliis rigidioribus rectis ferratis. *Dill.*
elth. 435. t. 323. f. 416.
 Aloë, yuccæ foliis, caulescens. *Pluk. alm.* 19. t. 256. f. 4.
 Aloë americana, yuccæ folio, arborescens. *Comm. præl.*
 64. t. 14.
Habitat in Jamaica, Vera Cruce. ♀
3. YUCCA foliis crenatis nutantibus. *draconis.*
 Yucca foliorum margine crenulato. *Hort. cliff.* 130. β.
Hort. ups. 88.
 Yucca draconis folio ferrato. *Dill. elth.* 437. t. 324.
 f. 417. *Comm. præl.* 42. 67. t. 16.
 Draconi arbori æthiis americana. *Bauh. pin.* 506.
 Cordyline foliis pungentibus crenatis. *Roy. lugdb.* 22.
Habitat in America. ♀
4. YUCCA foliis ferrato-filamentosis. *filamentosa.*
 Yucca foliis lanceolatis acuminatis integerrimis margine
 filamentosis. *Gron. virg.* 152.
 Yucca foliis filamentosis. *Morif. hist.* 2. p. 419.
 Yucca virginiana, foliis per marginem appriue filatis.
Pluk. alm. 396.
Habitat in Virginia. ♀

ALOE.

1. ALOE floribus pedunculatis crenuis corymbosis sub-perfoliatis.
 cylindricis. Aloë

Aloë foliis caulinis dentatis amplexicaulibus vaginantibus. *Hort. cliff.* 132. *Hort. ups.* 86. *Roy. lugdb.* 23.

α. Aloë africana caulescens, foliis magis glaucis caulem amplectentibus & in mucronem obtusorem desinentibus. *Comm. præl.* 68. t. 17. rar. 44. t. 44.

β. Aloë africana caulescens, foliis minus glaucis; dorso parte suprema spinosa. *Comm. præl.* 69. t. 18.

γ. Aloë africana caulescens, foliis glaucis latioribus & undique spinosis. *Comm. præl.* 70. t. 19.

δ. Aloë africana caulescens, foliis glaucis brevissimis, foliorum summitate interna & externa nonnihil spinosa. *Comm. præl.* 73. t. 22. rar. 45. t. 45.

ε. Aloë africana caulescens, foliis glaucis: dorso integro spinoso. *Comm. præl.* 71. t. 20.

ζ. Aloë africana caulescens, foliis glaucis brevioribus: foliorum parte interna & externa nonnihil spinosa. *Comm. præl.* 71. t. 21.

η. Aloë africana caulescens, foliis glaucis caulem amplectentibus. *Comm. hort.* 2. p. 27. t. 14.

θ. Aloë africana caulescens, foliis spinosis maculis ab utraque parte albicantibus notatis. *Comm. hort.* 2. p. 9. t. 5.

ι. Aloë africana caulescens perfoliata glauca & non spinosa. *Comm. præl.* 74. t. 23.

κ. Aloë africana, foliis glaucis: margine & dorso parte superiore spinosis, flore rubro. *Comm. præl.* 75. t. 24. *hort.* 2. p. 23. t. 12.

λ. Aloë africana maculata spinosa major. *Dill. elth.* 17. t. 14. f. 15.

μ. Aloë africana maculata spinosa minor. *Dill. elth.* 18. t. 14. f. 16.

ν. Aloë africana mitriformis spinosa. *Dill. elth.* 21. t. 17. f. 19.

ξ. Aloë succotrina angustifolia spinosa, flore purpureo. *Comm. hort.* 1. p. 91. t. 48.

Aloë americana, ananæ floribus suave rubentibus. *Pluk. alm.* 19. t. 240. f. 4.

humilis.

ο. Aloë foliis erectis subulatis radicatis undique inerme spinosis. *Hort. cliff.* 131. *Roy. lugdb.* 24.

Aloë africana humilis, spinis inermibus & verrucosis obsita. *Comm. præl.* 77. t. 26. rar. 46. t. 46.

Habitat in Æthiopia. b

Plantam o ad hanc speciem pertinere docuere flores, quamvis habitu videatur aliena.

vera.

* Aloë foliis spinosis confertis, dentatis vaginantibus planis

planis maculatis. *Hort. cliff.* 130. *Hort. ups.* 86.
Mat. med. 160. *Roy. lugdb.* 22.

Aloe vulgaris. *Bauh. pin.* 386.

Kadanaku f. Catevala. *Rheed. mal.* 11. p. 7. t. 3.

Habitat in Indiis. 5

Flores nobis non visi, ideoque non determino; facies tamen ita precedentis est, ut eandem esse vix dubitarem.

2. ALOE floribus pedunculatis cernuis racemosis prismatis: ore patulo æquali. *variegata.*

Aloe foliis canaliculatis trifariam imbricatis radicatis erectis: angulis cartilagineis ternis. *Hort. cliff.* 132.
Hort. ups. 87. *Roy. lugdb.* 24.

Aloe africana humilis, foliis ex albo viridi variegatis.
Comm. pr. el. 79. t. 28. *rar.* 27. t. 27. *Till. pis.* 7. t. 7.
Habitat in Æthiopiæ argillosis. 4

3. ALOE floribus pedunculatis, pedunculis ovato-cylindricis carvis. *disticha.*

Aloe foliis linguiformibus patulis disticis. *Hort. cliff.* 132. *Hort. ups.* 86. *Roy. lugdb.* 23.

Aloe africana, flore rubro, folio maculis albicantibus ab utraque parte notato. *Comm. hort.* 2. p. 15. t. 8.

β. *Aloe africana* flore rubro, folio triangulari & verrucis albicantibus ab utraque parte notato. *Comm. hort.* 2. p. 17. t. 9.

Aloe africana sessilis, foliis carinatis verrucosis. *Dill. eth.* 22. t. 18. f. 20.

δ. *Aloe africana,* foliis planis conjugatis carinatis verrucosis, caule & flore corallii colore. *Mart. cent.* 11. t. 11.

ε. *Aloe africana* arborefcens montana non spinosa, folio plicatilis. longissimo plicatili, flore rubro. *Comm. hort.* 2. p. 5. t. 3.

Habitat in Africæ rupibus. 5

4. ALOE floribus sessilibus horizontalibus infundibuliformibus æqualibus limbo revolutis. *hyacinthoides.*

Aloe foliis lanceolatis planis rectis radicatis. *Hort. cliff.* 32. *Hort. ups.* 85. *Fl. zeyl.* 130. *Roy. lugdb.* 24.

α. *Aloe zeylanica* pumila, foliis variegatis. *Comm. hort. zeylanica.* 2. p. 41. t. 21. *Pluk. alm.* 19. t. 256. f. 5.

β. *Aloe guineensis,* radice geniculata, foliis e viridi & a-guineensis. tro undulatim variegatis. *Comm. hort.* 2. p. 39. t. 26. *pr. el.* 84. t. 23.

Habitat α in Zeylona, β . in Guinea. γ

Plantæ β flores non vidi, dubiam emendent vel confirmant autoptæ.

spiralis.

5. ALOE floribus sessilibus ovatis crenatis: segmentis interioribus conniventibus.

Aloë foliis ovatis acuminatis caulinis quinquefariam imbricatis. *Hort. cliff.* 132. *Hort. ups.* 87. *Roy. lugdb.* 23.

Aloë africana erecta rotunda, folio parvo & in acumen acutissimum exeunte. *Dill. elth.* 16. t. 13. f. 14. *Comm. præl.* 83. t. 32.

Habitat in Africæ campestribus. δ

retusa.

6. ALOE floribus sessilibus triquetris bilabiatis: labio inferiore revoluta.

Aloë foliis rhomboidalibus ventricosis quinquefariam positis radicatis triquetris plano exstantibus. *Hort. cliff.* 132. *Hort. ups.* 87. *Roy. lugdb.* 24.

Aloë africana, brevissimo crassissimoque folio, flore viridi. *Comm. hort.* 2. p. 2. p. 11. t. 6. *Till. pis.* 6. t. 5.

Habitat in Africæ argillofis. γ

viscosa.

7. Aloë floribus sessilibus infundibuliformibus bilabiatis: laciniis quinque revolutis: summa erecta.

Aloë foliis canaliculatis trifariam imbricatis: caulinis apice reflexo-patulis. *Hort. cliff.* 132. *Hort. ups.* 87. *Roy. lugdb.* 23.

Aloë africana erecta triangularis & triangulari folio viscoso. *Comm. præl.* 82. t. 31. *Till. pis.* 6. t. 5. *Dill. elth.* 15. t. 13. f. 13.

Habitat in Æthiopiæ campestribus. γ

pumila.

8. ALOE floribus sessilibus bilabiatis: labio superiore erecto; inferiore patente.

margaritifera.

- α . Aloë foliis ovato-subulatis acuminatis tuberculis cratrilagineis undique adpersis. *Hort. cliff.* 131. *Roy. lugdb.* 24.

Aloë africana, folio in summitate triangulari, margaritifera, flore subviridi. *Comm. hort.* 2. p. 19. t. 10.

β . Aloë africana margaritifera minor. *Comm. hort.* 2. p. 21. t. 11. *Dill. elth.* 19. t. 16. f. 17.

γ . Aloë africana margaritifera minima. *Comm. præl.* 43. *Dill. elth.* 20. t. 16. f. 18.

Arachnoidea

- δ . Aloë africana humilis arachnoidea. *Comm. præl.* 72 t. 27.

- ε. Aloë foliis ovato-lanceolatis carnosis apice triquetris: angulis inerme dentatis. *Hort. cliff.* 131. *Hort. upf.* 86. *Roy. lugdb.* 24.
 Aloë africana minima atroviridis, spinis herbaceis numerosis ornata. *Boerb. lugdb.* 2. p. 131. t. 131.
Habitat in Æthiopiæ campestribus. 2
 Flores in hoc genere specierum certissimi indices conjungunt *Margaritiferam* & *Arachnoideam.*
9. ALOË floribus sessilibus reflexis imbricatis prismaticis. *Uvaria.*
 Aloë foliis linearibus radicalibus membranaceis. *Hort. cliff.* 133. *Roy. lugdb.* 23.
 Aloë africana folio triangulari longissimo & angustissimo, floribus luteis foetidis. *Comm. hort.* 2, p. 29. t. 18. *Seb. thes.* 1. p. 29. t. 19. f. 3:
Habitat ad Cap. b. Spci. 2

AGAVE.

1. AGAVE foliis dentato-spinosis, scapo ramoso. *Gen. americana*
nov. 1102.
 Agave foliis spinoso-dentatis mucronatisque. *Hort. upf.* 81.
 Aloë foliis lanceolatis dentatis spina terminatis radicalibus. *Hort. cliff.* 130. *Roy. lugdb.* 22.
 Aloë folio in oblongum mucronem abeunte. *Bauh. pin.* 286.
Habitat in America calidiore. 5
2. AGAVE foliis dentatis, flaminibus corollam æquantibus. *vivipara:*
 Aloë americana polygona. *Comm. rar.* 65. t. 65.
Habitat in America.
Confer. Aloe americana sobolifera. Herm. lugdb. 16. t. 17.
3. AGAVE foliis dentato-spinosis, scapo simplicissimo. *virginica.*
Gen. nov. 1102.
 Aloe foliis lanceolatis spina cartilaginea terminatis, floribus alternis sessilibus. *Gron. virg.* 152:
Habitat in Virginia. 2
4. AGAVE foliis integerrimis. *Gen. nov. 1102.* *foetidi*
 Aloe foliis integerrimis patentiusculis aculeo-terminatis, radice caulescente. *Hort. cliff.* 132:
 Aloe americana, viridi rigidissimo & foetido folio, *Piètidia* indigenis. *Comm. hort.* 2. p. 35. t. 18:

Aloe americana, radice tuberosa, minor. *Pluk. alm.* 19.
t. 258. f. 2.
Habitat in Curacao. †

HEMEROCALLIS.

- Lilio Asphodelus.* 1. HEMEROCALLIS scapo ramoso, corollis monopetalis. *Hort. ups.* 88.
Hemerocallis radice tuberosa, corollis monopetalis. *Hort. cliff.* 128. *Roy. lugdb.* 26.
- flavus. α. Hemerocallis radice tuberosa, corollis monopetalis luteis. *Gmel. sib.* 1. p. 37.
Lilio Asphodelus luteo flore. Clus. hist. 1. p. 137.
Lilium luteum, asphodeli radice. Bauh. pin. 80.
- fulvus. β. *Lilium rubrum, asphodeli radice. Bauh. pin.* 80.
Lilio-asphodelus puniceus. Clus. hist. 1. p. 137.
Habitat α in Hungariæ, Sibiricæ campis uliginosis, at β. Hybrida & constans, ex India Orientali. †
- Lilium.* 2. HEMEROCALLIS scapo simplici, corollis hexapetalis campanulatis. *Hort. cliff.* 128. *Roy. lugdb.* 27.
Hall. helv. 290.
Phalangium magno flore. Bauh. pin. 29.
Phalangium allobrogicum majus. Clus. app. alt.
Phalangium. Dalech. hist. 852.
Habitat in Alpibus Helveticis, Allobrogicis. †
Habitu conveniunt Hæc, Antherica 1. 2. 3, Asphodeli 2. 3, sed quis character connecteret?

ACORUS

- Calamus vulgaris.* 1. ACORUS. *Roy. lugdb.* 6. *Fl. suec.* 277. *Mat. med.* 16.
- α. *Acorus verus f. Calamus aromaticus officinarum. Bauh. pin.* 34. *Hort. cliff.* 137.
Typha aromatica, clava rugosa. Moris. hist. 3. p. 246
f. 8. t. 13. f. 4.
- verus. β. *Acorus asiaticus, radice tenuiore. Herm. lugdb.* 9. *Fl. zeyl.* 132.
Waambu. Rheed. mal. 11. p. 99. t. 60.
Habitat in Europæ, β. in Indiæ fossis paludosis. †

ORONTIUM.

- equaticum.* 1. ORONTIUM. *Gen. nov.* 1086. f. 3. *
Arum folio enervi ovato. Gron. virg. 113.
Arum fluitans, pene nudo. Banist. virg. 1926.
Habitat in Virginicæ, Canadæ paludibus, scaturiginibus. †

HÆMANTHUS.

1. HÆMANTHUS foliis lingviformibus planis. *Roy. coccineus, lugdb. 42.*
 Hæmanthus foliis obtusis basi truncatis. *Hort. cliff. 127.*
 Hæmanthus africanus. *Comm. hort. 2. p. 127. t. 64.*
Habitat ad Cap. b. Spei. 2
2. HÆMANTHUS foliis lanceolatis undulatis. *Hort. puniceus, cliff. 127. Hort. upf. 127. Roy. lugdb. 42.*
 Hæmanthus colchici foliis, perianthio herbaceo. *Dill. elth. 167. p. 140. t. 2.*
 Hyacintho affinis africana, bulbosa radice, caule elegantissime maculato. *Seb. thes. 1. p. 20. t. 12. f. 1. 2. 3.*
 Orchis f. Satyrium e Guinea. *Swert. flor. 1. p. 62. f. 3.*
Habitat in Africa. 2

CALAMUS.

1. CALAMUS. *Rotang.*
 Arundo zeylanica spinosissima major, fructibus rotundis scabris acidis. *Burm. zeyl. 36. Fl. zeyl. 468.*
 Arundo nucifera Rotang dicta, fructu spadicei coloris striis purpureis venuste tessulato. *Pluk. alm. 53.*
 Arundo Rotang dicta. *Pis. mant. 188.*
 Fructus cannæ de Benghala. *Bauh. pin. 405.*
Habitat in Indiæ sylvis juxta fluentia. 5

JUNCUS.

* *Culmis nudis.*

1. JUNCUS culmo subnudo tereti mugronato, panicula *acutus.*
 terminali, involucro diphylo spinoso.
 Juncus culmo pungente, panicula ex folii solitarii axilla. *Sawv. munsf. 9.*
 Juncus panicula universali culmo brevior infime coarctata, secundariis paululum laxis, capsulis triquetro-subovatis nitentibus. *Guett. stamp. 2. p. 412.*
 Juncus acutus, capitulis sorghi. *Bauh. hist. 2. p. 520. Moris. hist. 3. p. 232. f. 8. t. 10. f. 15.*
- β. Juncus panicula universali culmo longiore, secundariis laxis longe pedunculatis: media præcipue. *Guett. stamp. 2. p. 412.*
 Juncus acutus maritimus anglicus. *Raj. hist. 1303. Moris. ibid. f. 14.*
Habitat in Angliæ, Galliæ, Italiæ maritimis paludosis. 2

- conglomerata.* 2. JUNCUS culmo nudo stricto, capitulo laterali. *Roy. lugdb. 44. Fl. suec. 275.*
Juncus lævis, panicula non sparsa. Baub. pin. 12. theatr. 183.
Juncus lævis, panicula conglomerata. Scheuch. gram. 343.
Juncus. Cam. epit. 780.
Habitat in Europæ borealis uliginosis. &
- effusus.* 3. JUNCUS culmo nudo stricto: panicula laterali. *Roy. lugdb. 44. Fl. suec. 279.*
 α. *Juncus culmo nudo acuminato ad basin squamato, floribus sessilibus. Fl. lapp. 116. Hall. belv. 254.*
Juncoides alpinum, floribus junci glomeratis atrofuscis. Scheuch. hist. 323.
 β. *Juncus culmo nudo acuminato ad basin squamato, floribus pedunculatis. Fl. lapp. 117. Gron. virg. 38.*
Juncus lævis, panicula sparsa, major. Baub. pin. 12. theatr. 182. Scheuch. gram. 341.
Juncus lævis. Dod. pempt. 606.
Habitat in Europæ uliginosis, α in alpebus. &
- instexus.* 4. JUNCUS culmo nudo: apice membranaceo incurvo, panicula laterali.
Juncus culmo nudo, paniculam arcuatim tegente. Sawv. monsp. 9.
Juncus, acumine reflexo, major. Baub. pin. 12. prodr. 184. Moris. hist. 3. p. 233. f. 8. t. 10. f. 25. Barr. ic. 204. Hall. belv. 252.
Juncus, acumine reflexo, alter. Baub. pin. 12. prodr. 22. Scheuch. gram. 345.
 γ. *Juncus panicula univertiali laterali culmo longiore, secundariis sparsis. Guett. stamp. 412.*
Juncus acutus, panicula sparsa. Baub. pin. 412.
Habitat in Europa australi. &
- filiformis.* 5. JUNCUS culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. *Roy. lugdb. 44. Gron. virg. 152. Fl. suec. 280.*
Juncus parvus, calamo supra paniculam longius producto. Raj. angl. 3. p. 432. Fl. lapp. 118.
Juncus lævis, panicula sparsa, minor. Baub. pin. 12. theatr. 183. Scheuch. gram. 347. t. 7. f. 1.
Habitat in Europæ uliginoso-paludosis turfosis. &
- trifidus.* 6. JUNCUS culmo nudo, foliis floribusque tribus terminalibus. *Fl. lapp. 119. Fl. suec. 281. Roy. lugdb. 43. Hall. belv. 253.*

Juncus, acumine reflexo, minor & trifidus. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 22. *t.* 22. *theatr.* 186.

Juncoides alpinum trifidum. *Scheuch. gram.* 325.

Habitat in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Pyrenæis. &

7. JUNCUS culmo nudo, foliis setaceis, capitulis glomeratis aphyllis. *Fl. suec.* 282. *quarrosus.*

Juncus foliis setaceis, culmo nudo, capitulis glomeratis terminalibus. *Roy. lugdb.* 44.

Juncus montanus palustris. *Raj. hist.* 1303. *Fl. lapp.* 121.

Gramen junceum, foliis & spica junci. *Bauh. pin.* 5.

Gramen junceum, semine acuminato. *Læf. pruss.* 15. *t.* 29.

Habitat in Europæ borealis fespitosis. &

* *Culmis foliosis.*

8. JUNCUS foliis nodofo-articulatis. *Fl. suec.* 285. *articulatus.*

Juncus foliis articulosis, panicula inæquali, capitulis sessilibus, capsulis subulatis triquetris. *Roy. lugdb.* 43.

Juncus foliis articulosis, floribus umbellatis. *Tournef. inst.* 247. *Fl. lapp.* 120.

Gramen junceum, folio articulato, aquaticum. *Bauh. pin.* 5. *prodr.* 12. *theatr.* 76. *Scheuch. gram.* 331.

β. Gramen Junceum, folio articulofo, cum utriculis. *Bauh. prodr.* 12. *Scheuch. gram.* 333.

γ. Juncus alpinus, folio articulofo. *Scheuch. gram.* 333.

Gramen junceum, folio articulofo, sylvaticum. *Bauh. pin.* 5. *theatr.* 75. *Morif. hist.* 3. p. 227. *f.* 8. *t.* 9. *f.* 1. *Scheuch. gram.* 334.

δ. Junci foliosi, foliis per siccitatem nodosis. *Mich. gen.* 38.

n. 1. --- 13.

Habitat in Europæ aquosis. &

9. JUNCUS foliis linearibus canaliculatis, capsulis obulbosis. *Fl. suec.* 284.

Juncus foliis linearibus canaliculato-concavis, capsulis triangularibus. *Guett. stamp.* 134.

Juncus foliis angulatis, culmo subnudo, panicula terminali prolifera, capsulis ovatis. *Roy. lugdb.* 43.

Gramen junceum minimum, capsulis triangularibus. *Raj. hist.* 1307. *angl.* 3. p. 434. *Morif. hist.* 3. p. 227. *f.* 8. *t.* 9. *f.* 3.

Juncus bulbifer, foliis teretibus non articulosis. *Mich. gen.* 39. *n.* 1. 2. 3.

β Juncoides calycibus paleaceis glomeratis, folio varians. *Scheuch. gram.* 39. *Gra-*

Gramen junceum aquaticum, paniculis cum foliis capillaribus simul ortis proliferum. *Pluk. alm.* 179. t. 32. f. 3. *Morif. hist.* 3. p. 227. f. 8. t. 9. f. 4.

γ. *Juncus foliosus minimus campestris & nemorensis.* *Gron. virg.* 15.

Gramen junceum elatius, pericarpis ovatis, americanum. *Pluk. alm.* 179. t. 92. f. 9.

Gramen junceum virginianum, calyculis paleaceis, bicornis. *Morif. hist.* 3. p. 223. f. 8. t. 9. f. 15.

Habitat in Europæ pascuis sterilibus subhumidis, at γ in Sibiria, Virginia.

bufonius. 10. *JUNCUS* culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus solitariis sessilibus. *Roy. lugdb.* 43. *Fl. suec.* 283. *Hall. helv.* 254.

Juncus palustris humilior, panicula laxissima. *Rupp. jen.* 130. *Fl. lapp.* 122.

Gramen nemorosum, calyculis paleaceis, erectum. *Scheuch. gram.* 327.

Gramen nemorosum, calyculis paleaceis. *Baub. pin.* 7. *theatr.* 100.

Holosteum. *Lob. ic.* 18.

β. Gramen nemorosum, calyculis paleaceis, repens. *Scheuch. gram.* 329.

γ. Gramen nemorosum, calyculis paleaceis, species altera procerior. *Scheuch. gram.* 328.

δ. Gramen *bufonium* erectum angustifolium majus. *Barr. ic.* 264.

ε. Gramen *holosteum* alpinum minimum. *Baub. pin.* 7. *prodr.* 64. *theatr.* 101.

Gramen *juncoides* minimum anglo-britannicum. *Raj. angl.* 3. p. 434.

Habitat in Europæ inundatis. ☉

biglumis. 11. *JUNCUS* folio subulato, gluma biflora terminali. *Amœn. acad.* 2. p. 266. t. 3. f. 3. *
Habitat in Alpibus Lapponicis. *D. Montin.* 2
Planta faciem gerit Schœni ferruginei.

triglumis. 12. *JUNCUS* foliis planis, gluma triflora terminali. *Fl. suec.* 286.

Juncus gluma triflora culmum terminante. *Fl. lapp.* 115. t. 10. f. 5.

Juncus exiguus montanus mucrone carens. *Baub. pin.* 12. *prodr.* 22. *theatr.* 183. *Kudb. clyf.* 1. p. 103. f. 8.

Habitat frequens in Alpibus Lapponicis, Tauro Rastadien- si. 2

13. JUN-

13. JUNCUS foliis planis pilosis, corymbo ramoso, *Fl. pilosus. succ.* 287.
 Juncus foliis planis, panicula diffusa, pedunculis proliferis: flosculis intermediis sessilibus. *Roy. lugdb.* 43.
 Gramen nemorosum hirsutum latifolium majus. *Bauh. pin.* 7. *Moris. hist.* 3. p. 225. f. 8. t. 9. f. 1. *
 β. Gramen hirsutum angustifolium perenne, lini utriculis. *Barr. ic.* 740.
 γ. Juncus foliis planis, culmo paniculato, floribus sparsis. *Fl. lapp.* 124.
 Gramen hirsutum nemorosum angustifolium alpinum, paniculis obscure rufescentibus. *Scheuch. gram.* 312. t. 6.
 δ. Gramen nemorosum hirsutum latifolium majus. *Scheuch. gram.* 317.
 Gramen hirsutum latifolium maximum, juncea panicula. *Moris. hist.* 3. p. 225. f. 8. t. 9. f. 2.
 ε. Gramen hirsutum angustifolium majus. *Bauh. pin.* 7. *prodr.* 16. *theatr.* 105. *Moris. hist.* 3. p. 225. f. 8. t. 9. f. 3. *Scheuch. gram.* 318.
 ζ. Gramen hirsutum latifolium minus. *Bauh. theatr.* 102.
 η. Juncoides montanum nemorosum, flore niveo. *Scheuch. gram.* 320.
 Gramen hirsutum angustifolium minus, paniculis albis. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 106,
Habitat in Europæ sylvis, at varietates. β. δ. ε. ζ. η. in Europæ australioribus, γ. in Alpibus, κ
 14. JUNCUS foliis planis subpilosis, spicis sessili pedunculatisque. *Fl. succ.* 288. *campestris.*
 Juncus foliis planis, panicula rara, spicis sessilibus pedunculatisque. *Hort. cliff.* 137. *Roy. lugdb.* 42. *Gross. virg.* 38.
 Juncus villosus, capitulis psyllii. *Tournef. inst.* 246. *Fl. lapp.* 126.
 Juncoides villosam, capitulis psyllii. *Scheuch. gram.* 310.
 Gramen hirsutum, capitulis psyllii. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 103.
 β. Juncus foliis planis, culmo paniculato, spicis ovatis. *Fl. lapp.* 127. t. 10. f. 2.
 γ. Juncoides hirsutum, capitulo glomerato. *Scheuch. gram.* 312.
 Gramen hirsutum, capitulo globofo. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 104.
 δ. Juncus montanum nemorosum villosum latifolium elatius

latius, capitulis florum candidis & splendentibus.
Mich. gen. 42.

- ε. Juncoides latifolium alpinum glabrum, panicula sublu-
tea splendente. *Scheuch. gramen.* 314.
ζ. Gramen hirsutum elatius, panicula juncea compacta. *Raj.*
angl. 3. p. 416..
η. Juncoides bohemicum, panicula minore nigricante, sca-
po super eandem erecto & longius producto. *Mich.*
gen. 42.
Habitat in Europæ pascuis ficcioribus. 2

spicatus.

15. JUNCUS foliis planis, spica racemosa nutante. *Fl.*
lapp. 125. t. 10. f. 4. *Fl. succ.* 289.
Juncus alpinus latifolius, panicula racemosa nigricante
pendula. *Till. pis.* 91.
Habitat in Lapponiæ Alpibus. 2

RICHARDIA.

scabra.

- I. RICHARDIA. *Houft. mff.*
Habitat in Vera Cruce. 2
Planta ex stellatis XLIV. Caulis altus, brachiatus, sub-
articulatus, obsolete tetragonus, hispida: Pilis ri-
gidiusculis, sparsis, reflexis. Folia e lanceolato-ova-
ta, alternatim nervosa, integerrima, subpetiolata, sca-
bra. Flores in capitula terminalia a, passim etiam in
verticillis congesti; capitula terminalia, radiata
Foliis 4. vel pluribus, scilicet alternis minoribus. Co-
rollulæ ut in disperulis, tenuis, longæ, sed sexfidæ &
fructus ex 3 seminibus; sic differt a Spermatocoe nu-
mero & cæteris.

PRINOS.

verticillatus I. PRINOS foliis longitudinaliter serratis.

Prinos. Gron. virg. 39. *

Habitat in Virginia. 5

glaber.

2. PRINOS foliis apice serratis.

Habitat in Canada. Kalm. 5

*Arbor. Foliis alternis, petiolatis, oblongis, consistenti-
bus, glabris, versus apicem serraturis utrinque sepius
binis acutis, facie ferme Myricæ. Pedunculi axilla-
res, parvi, sepius triflori. Flores non vidi.*

BERBERIS.

vulgaris.

1. BERBERIS pedunculis racemosis. *Mat. med.* 290.

Ber

Berberis spinis triplicibus. *Hort. cliff.* 122. *Fl. succ.* 290.
Roy. lugdb. 438. *Hall. belv.* 424.
 Berberis dumetorum. *Bauh. pin.* 454.
 Berberis vulgaris f. Crespinus. *Cam. epit.* 86.
Habitat in Europæ sylvis. 5

2. BERBERIS pedunculis unifloris: *cretica.*
 Berberis cretica, buxi folio. *Tournef. cor.* 42.
 Berberis alpina cretica. *Bauh. pin.* 454.
 Lycium creticum. *Alp. exot.* 21. t. 20.
 Lycium e Candia. *Pon. ital.* 137.
Habitat in Creta. 5

LORANTHUS.

1. LORANTHUS. *americanus.*
 Loranthus racemosus, flore coccineo, baccis nigris.
Vaill. act. 1722. p. 274.
 Lonicera flore coccineo, baccis nigris. *Plum. gen.* 17.
Habitat in America calidiore. 5

FRANKENIA.

1. FRANKENIA foliis linearibus basi ciliatis. *levis.*
 Frankenia foliis confertis. *Roy. lugdb.* 452.
 Frankenia foliis aciformibus congestis *Sauv. monsp.* 46.
 Franca floribus solitariis sessilibus, foliis prismaticis triangularibus. *Guett. stamp.* 2. p. 459.
 Franca maritima supina saxatilis glauca ericoides sempervirens, flore purpureo. *Mich. gen.* 23. t. 22. f. 1.
 Lychnis supina maritima, ericæ facie. *Raj. angl.* 3. p. 38.
 Anthyllis repens italica, thymī foliis, rubente flore, polygonifacie. *Till. pis.* 46.
 Cali f. Vermiculari marinæ non dissimilis planta. *Bauh. hist.* 3. p. 703.
 Polygonum fruticosum supinum ericoides cinereum, thymi folio, hispanicum. *Barr. ic.* 714. *Bocc. mus.* 1. p. 7. t. 11.
 Polygonum maritimum minus, foliis serpylli. *Bauh. pin.* 281.
Habitat in Europæ australis maritimis. 2
2. FRANKENIA caulibus hirsutis, floribus fasciculatis *hirsuta* terminalibus.
 Franca maritima supina multiflora candida, caulibus hirsutis, foliis quasi vermiculatis. *Mich. gen.* 23. t. 22. f. 2. Poly-

Polygonum creticum, thymi folio. *Baub. pin.* 281.
prodr. 131.

Alfene cretica maritima supina, caule hirsuto, foliis quasi
vermiculatis. *Tournef. cor.* 45.

Habitat in Apulia, Creta.

pulverulenta 3. **FRANKENIA** foliis obovatis retusis subtus pulveratis.

Frankenia foliis ovalibus. *Sauv. monsp.* 168.

Franka maritima quadrifolia supina, chamæfyces folio
& facie. *Mich. gen.* 23.

Anthyllis valentina. *Clus. hist.* 2. p. 186.

Anthyllis marina, chamæfyces similis. *Baub. pin.* 282.

Habitat in Sufexiæ, Narbonæ, Italiæ, Apuliæ littori-
bus. ☉

In ordine Naturali ad XL referatur.

PEPLIS.

Portula. 1. **PEPLIS.** *Fl. lapp.* 128. *Fl. succ.* 291. *Hall. helv.* 406.

Glaucoides palustre, portulacæ folio, flore purpureo.
Mich. gen. 21. t. 18.

Glaux palustris, flore striato clauso, foliis portulacæ. T.
Petit. gen. 43. t. 43.

Glaux aquatica, folio subrotundo. *Loef. pruss.* 106. t.
20.

Glaux altera, subrotundo folio. *Vaill. parif.* 80. t. 15.
f. 5.

Alfene palustris minor serpillifolia. *Baub. pin.* 251.

Habitat in Europæ inundatis. ☉

DIGYNIA.

VELEZIA.

rigida. 1. **VELEZIA.** *Læf.*
Silene foliis subulatis cauli appressis calycibus rigidis in-
termedio longioribus. *Sauv. monsp.* 145.

Lychnis sylvestris minima, exiguo flore. *Baub. pin.* 206,
prodr. 103.

Lychnis minima rigida cherleri. *Baub. hist.* 3. p. 352.
Raj. hist. 997.

Lychnis corniculata minor. *Barr. rar.* 665. t. 1018.
1017. *Bocc. mus.* 2. p. 50. t. 43.

Habitat in Europa australi. ☉

Stamina tenuissima difficillime numerantur; in siccis spe-
cimini-

ciminibus 5 vidi; at in vivis circiter 6 Læfing. Si hujus ordo naturalis fit n. XL, numerus naturalis erit staminum sex, si vero XLII, erit quinaque.

ORYZA.

1. ORYZA. *Bauh. pin. 24. theatr. 479. Cam. epit. 192. sativa. Dod. pempt. 509. Catesb. car. 1. p. 14. t. 14. Hort. cliff. 137. Mat. med. 174. Roy. lugdb. 58. Habitat forte in Æthiopia, colitur in Indiæ paludosis. ☉*

ATRAPHAXIS.

1. ATRAPHAXIS ramis spinosis. *Hort. cliff. 138. spinosa. Roy. lugdb. 409. Atriplex orientalis, frutex aculeatus, flore pulchro. Tournef. cor. 38. Buxb. cent. 1. p. 19. t. 30. Dill. elth. 47. t. 40 f. 47. Habitat in Media ad urbem Hansen locis glareosis juxta fluvios. †*
2. ATRAPHAXIS inermis. *undulata. Hort. cliff. 137. Roy. lugdb. 409. Arbuscula africana repens, folio ad latera crispo, ad polygonam relata. Dill. elth. 36. t. 32. f. 36. Habitat in Æthiopia? †*

TRIGYNIA.

FLAGELLARIA.

1. FLAGELLARIA. *Fl. zeyl. 133. Amœn. acad. 1. indies. p. 398. Panambu-valli. Rheed. mal. 7. p. 99. t. 53. Raj. suppl. 573. Habitat in Java, Malabaria, Zeylona. † Frutex humanam altitudinem superans. Rami distichi.*

RUMEX.

* *Hermaphroditi: valvulis floris granulo notatis.*

1. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordatis. *Patentia. Mat. med. 178. Lapathum hortense, folio oblongo. Bauh. pin. 114. Lapathum sativum. Dod. pempt. 648.*

Ha-

Habitat in Italia. 2

Confer. *Lapathum hortense latifolium.* *Baub. pin.* 115.

- sanguineus.* 2. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 138. *Hort. ups.* 89. *Mat. med.* 528. *Roy. lugdh.* 229.

Lapathum folio acuto rubente. *Baub. pin.* 115.

Lapathum rubens. *Dod. pempt.* 650. *Cam. epit.* 229.

Habitat in Virginia. 3

Valvula exterior floris grano magno globoso rubra notata, rarius & altera grano minimo.

- alpinus.* 3. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis graniferis, foliis imis ellipticis. *Sauv. monsp.* 69:†
Rumex folio pedali cordato, radice repente. *Lemonier.*
Sauv. monsp. 111.

Lapathum androgynum obtusifolium, spica confertissima. *Hall. helv.* 170.

Lapathum hortense rotundifolium f. montanum. *Baub. pin.* 115.

Lapathum rotundifolium. *Clas. hist.* 2. p. 69.

Habitat in Helvetia, Monspeli. 2

- verticillatus.* 4. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis: vaginis cylindricis.

Lapathum aquaticum, foliis longis angustis acutis, floribus ad genicula verticillatim congestis. *Gron. virg.* 39.

Habitat in Virginia. 2

- Britannica.* 5. RUMEX floribus hermaphroditis. valvulis integerrimis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis: vaginis obsoleus. *Mat. med.* 17.

Rumex aquatica, calycis foliolis omnibus æqualibus, radice exterius nigra vel flava. *Cold. noveb.* 83.

Lapathum foliis longis latis vix acuminatis costis caulibusque rubentibus, radice intus crocea. *Gron. virg.* 39.

Habitat in Virginia. 2

In precedenti stipula cylindrica membranacea fere ad dimidium vaginans interrodium, in hac vero non item, sed ut in Europæis. Pedicelli in priori crassiores in hac capillares: prior magis spicata; hæc magis paniculata. Plantam Gron. in Fl. virginica habui a Cl. Authore, quæ non rubra erat caule aut costis.

6. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis trifido-se-ægyptiacus.
taceis: unica granifera. *Hort. ups.* 89.

Rumex floribus hermaphroditis, foliis oblongis, valvulis
dentato-setaceis longissimis. *Wach. ult.* 391.

Lapathum ægypticum, capsula feminis alba & crenata.
Dill. elib. 191. t. 158. f. 191.

Lapathum ægyptiacum annuum, parietariæ foliis, cap-
sula feminis longius barbata. *Till. pis.* 43. t. 37. f. 1.

Habitat in Ægypto. ☉

7. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis: *persicarioides.*
omnibus graniferis, foliis lanceolatis.

Habitat in Virginia. ☉

Planta *spithamea*, *ramosissima*. Folia *lanceolata*, *petio-*
lata, *levia*, *undata*, *integra*: Floris *valvulae denti-*
bis utrinque tribus longis, *omnes recte granis palli-*
dis magnis.

8. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis *maritimus.*
graniferis, foliis linearibus. *Lech. scan.* 26. *It. scan.*
248.

Lapathum aquaticum, luteolæ folio. *Tournef. inst.* 504.

Lapathum aquaticum, angustissimo acuminato folio *Bocc.*
mus. 2. p. 142. t. 104.

Habitat in Europæ litoribus maritimis.

9. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integris *gracilis* *crispus.*
niferis, foliis lanceolatis undulatis acutis,

Rumex floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis pla-
nis, foliis cordato-oblongis. *Fl. suec.* 292. *Hort. cliff-*
138. *Roy. lugdb.* 229.

Rumex foliis cordato-oblongis acuminatis integris. *Fl.*
lapp. 129.

Lapathum folio acuto crispo. *Baub. pin.* 115.

Lapathum acutum crispum. *Tabern. ic.* 436.

Habitat in Europæ succulentis. ♀

10. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis *acutus.*
graniferis, foliis cordato-oblongis. *Hort. cliff.* 138.

Mat. med. 176. *Fl. suec.* 293. *Roy. lugdb.* 229.

Lapathum acutum f. *Oxylapathum*. *Baub. hist.* 2. p.
983. *Lob. ic.* 284.

Lapathum acutum. *Raj. hist.* 175.

Habitat in Europæ succulentis. ♀

11. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis, *obtusifolius.*
foliis cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis. †

La-

Lapathum involucreo feminis dentato, foliis obtusis ora crispula. *Hall. helv.* 172.

Lapathum sylvestre, folio subrotundo, feminis involucreis dentatis. *Morif. hist.* 2. p. 580.

Lapathum folio minus acuto. *Bauh. pin.* 111.

Lapathum vulgare, folio obtuso. I. B. *Raj. hist.* 175.

Lapathum. *Cam. epit.* 228.

Habitat in Germania, Helvetia, Gallia, Anglia. &

* *Hermaphroditi: valvulis granulæ destitutis s. nudis.*

pulcher. 12. RUMEX floribus hermaphroditis, foliis lyratis. *Gnett. scamp.* 1. p. 7.

Lapathum ramis procumbentibus, feminis involucreo dentato, foliis inferioribus instar fidium. *Morif. hist.* 2. p. 580.

Lapathum pulchrum bonouienſe ſinuatum. *Bauh. hist.* 2. p. 988. *Raj. hist.* 1. p. 174.

Habitat in Gallia, Italia, Veronæ.

bucephalophorus. 13. RUMEX floribus hermaphroditis; valvulis dentatis nudis planis reflexis. *Hort. ups.* 90.

Rumex fructibus dentatis calyce reflexis, caput bovinum referentibus. *Hort. cliff.* 139.

Acetosa, ocyni folio, neapolitana. *Bauh. pin.* 114.

Acetosa, ocyni folio, bucephalophoros. *Col. ecphr.* 1. p. 151. t. 150.

Habitat in Italia. ☉

aquaticus. 14. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis.

Lapathum aquaticum, folio cubitali. *Bauh. pin.* 116.

Lapathum palustre. *Tabern. ic.* 437.

Hippolapathum. *Dalech. hist.* 604. *Cam. epit.* 232.

Herba britannica. *Munt. brit.* 1. 1.

Habitat in Europa ad ripas fluviorum & paludum. &

Lunaria. 15. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis lævibus, caule arboreo, foliis subcordatis. *Vir. cliff.* 32. *Hort. cliff.* 139. *Roy. lugdb.* 320.

Acetosa arboreſcens, subrotundo folio. *Pluk. alm.* 8. t. 252. f. 3.

Lunaria maiorum arabum. *Bauh. hist.* 2. p. 994?

Habitat in Canariis. ☽

vescarius. 16. RUMEX floribus hermaphroditis geminatis: valvularum alis maximis membranaceis reflexis, foliis indivisis. *Hort. cliff.* 130. *Hort. ups.* 90. *Roy. lugdb.* 230.

Acce-

Acetosa americana. foliis longissimis pediculis donatis.

Bauh. pin. 114. prodr. 54. Moris. hist. 2. p. 583. f.

5. t. 28. f. 7.

Habitat in Africa. ☉

17. RUMEX floribus hermaphroditis distinctis. valvula roseo.

rum alis maximis membranaceis, foliis erosis. Roy.

lugdb. 230.

Acetosa ægyptia, roseo seminis involacro. Bauh. afr.

5. f. 5.

Habitat in Ægypto. ☉

18. RUMEX floribus hermaphroditis, foliis cordato-ha-

statis. Vir. cliff. 32. Hort. cliff. 138. Hort. ups. 89.

Roy. lugdb. 230.

Acetosa rotundifolia horiensis. Bauh. pin. 114. Moris.

hist. 2. p. 583. f. 5. t. 28. t. 9.

Lapathum androgynum acetosum, foliis sagittatis, rā-

mis divergentibus. Hall. herb. 170.

Oxalis rotundifolia. Dod. pempt. 649.

β. Acetosa scutata repens. Bauh. pin. 114. prodr. 55.

Habitat in Helvetia, Galloprovincia, inter acervos la-

pidum. ♀

19. RUMEX floribus hermaphroditis digynis. Hort. cliff digynus

138. Fl. suec. 294. Roy. lugdb. 230.

Rumex foliis orbiculatis emarginatis. Fl. lapp. 132.

Acetosa rotundifolia alpina. Bauh. pin. 55. prodr. 114.

Acetosa repens vestmorlandica, cocleariæ foliis nonni-

hil sinuatis. Pluk. alm. 8. t. 252. f. 2.

Acetosa britannica rotundifolia, fructu compresso. Blair.

obs. 67. t. 67.

Habitat in Alpibus Lapponicis, Helvencis, Wallicis.

* * * Floribus diclinis.

20. RUMEX floribus androgynis: calycibus femineis spinoso-

monophyllis: valvulis exterioribus reflexo-uncinatis.

Hort. ups. 89.

Rumex floribus androgynis, calycibus fructus uncinatis.

Hort. cliff. 139. Roy. lugdb. 230.

Beta cretica, femine aculeato. Bauh. pin. 118. prodr. 57.

Cornus mas odorata, folio trifido: margine plano, Sas-
saphras dicta. *Pluk. alm.* 120. t. 222. f. 6. *Catesb.*
car. 1. p. 55. t. 55.

Sassafras arbor, ex florida, ficulneo folio. *Bauh. pin.* 431.

β. Cornus mas s. Sassafras laurinis foliis indivisis. *Pluk.*
amalth. 66.

Habitat in Virginia, Carolina, Florida. ♪

11. LAURUS foliis enerviis obovatis obtusis. *Mat. med.* *Winterana.*
196.

Winteranus. *Hort. cliff.* 488.

Cinnamomum s. Canella peruana. *Bauh. pin.* 409.

Cassia liguea jamaicensis, laureolæ foliis subcinereis, cor-
tice piperis modo acri. *Pluk. alm.* 89. t. 160. f. 1.

Cassia cinnamomea s. Cinnamomum sylvestre barbādēn-
siam. *Pluk. alm.* 89. t. 160. f. 7.

Arbor baccifera laurifolia aromatica, fructu viridi ca-
lyculato racemoso. *Sloan. jam.* 165. *hist.* 1. p. 87.
t. 191. f. 2. *Catesb. car.* 2. p. 50. t. 50.

Habitat in Jamaica, Barbados, Carolina. ♪

Flores ipse non vidi.

TRIGYNIA.

SPONDIAS.

1. SPONDIAS. *Hort. cliff.* 484.

Mombin arbor, folio fraxini, fructu luteo racemoso.
Plum. gen. 44.

Mombin.

Prunus brasiliensis, fructu racemoso, ligno intus pro ossi-
culo. *Sloan. jam.* 182. *hist.* 2. p. 126.

Prunus americana. *Mer. sur.* 13. t. 13.

Acaja & Ibanerara. *Marcgr. bras.* 129.

Habitat in Brasilia, Jamaica. ♪

RHEUM.

1. RHEUM foliis glabris, petiolis subsulcatis.

Rheum foliis glabris. *Hort. ups.* 98. *Mat. med.* 198.

Rheum. *Hort. cliff.* 155.

*Rheponti-
cum.*

Rhaponticum. *Alp. rapont.* 1. t. 1.

Rhaponticum folio lapathi majoris glabro. *Baub. pin.* 116.

Habitat in Thracia, Scythia. 2

Rhabarbarum. 2. RHEUM foliis subvillosis, petiolis æqualibus. *Diff.*
Rhabarb. 1. t. 1. *

Rheum foliis subvillosis, *Hort. ups.* 98. *Mat. med.* 197.

Rhabarbarum sinense, folio crispo, flagellis rarioribus & minoribus. *Amm. herb.* 206.

Rhabarbarum folio longiori hirsuto crispo, florum thyrso longiori & tenuiori. *Amm. ruth.* 9.

Acetosa montana, folio cubitali oblongiore crispo, floribus in suavisidi luteolis. *Messerschmidii. Amin. ruth.* 226.

Habitat in China ad murum & in Sibiria. 2

Ribes.

3. RHEUM foliis granulatis, petiolis æqualibus.

Lapathum orientale, aspero & verrucoso folio, Ribes arabibus dictum: *Dill. elth.* 191. t. 158. f. 192.

Lapathum orientale tomentosum rotundifolium, Ribes arabum dictum. *Breyn. E. N. C. cent.* 7. p. 7.

Lapathum orientale asperum, folio subrotundo, fructu magno purpureo. *Pocock orient.* 189. t. 84.

Ribes arabum. *Raww. It.* 266. 282.

Ribes arabum, foliis petasitidis. *Baub. pin.* 455.

Habitat in Persia, Libano, Carmelo. 2

Flores hujus speciei non vidi. Facies suadet hujus generis esse.

HEXAGYNIA.

BUTOMUS

umbellatus. 1. BUTOMUS. *Fl. lapp.* 159. *Fl. suec.* 328. *Roy. lugdb.* 45. *Hall. helv.* 298.

Juncus floridus major. *Baub. pin.* 112.

Sedo affinis Juncoides umbellata palustris. *Morif. hist.* 3. p. 468. f. 12. t. 5. f. 1.

Gladiolus aquatilis. *Dod. pempt.* 600.

Habitat in Europæ aquis. 2

Classis X.

DECANDRIA

MONOGYNIA.

SOPHORA

1. SOPHORA foliis pinnatis. foliolis numerosis villosis ^{alopecuroides.}
oblongis.
Sophora. *Hort. cliff.* 156.
Eryum orientale alopecuroides perenne, fructu longis-
simo. *Tournef. cor.* 27. *Dill. clth.* 136.
Glycyrrhiza siliquis nodosis quasi articulatis. *Buxb.*
cent. 3. p. 25. t. 46
Habitat in Oriente. 2
2. SOPHORA foliis pinnatis: foliolis numerosis subro-^{tomentosa}
tundis.
Sophora tomentosa, foliolis subrotundis *Fl. zeyl.* 163.*
Indigophora foliis tomentosis. *Hort. cliff.* 487.
Colutea zeylanica argentea tota. *Herm. lugdb.* 169. t.
171. *Raj. hist.* 1720.
Habitat in Zeylona. 5
3. SOPHORA foliis pinnatis, foliolis septenis glabris. ^{heptaphylla.}
Sophora glabra, foliolis septenis. *Fl. zeyl.* 104.
Fruticulus sinensis, fennæ sylvestris folio angustiore,
nodosa siliqua rostro longiore donata *Pluk. amalth.*
18. t. 451. f. 10.?
Habitat in India. 5
4. SOPHORA foliis ternatis sessilibus: foliolis lineari-^{Genistoides.}
bus.
Genistra africana, foliis galii. *Old. afr.* 31.
Habitat ad Cap. b. Spei.
5. SOPHORA foliis ternatis subsessilibus: foliolis subro-^{tinctoria.}
tundis glabris.
Cytisus foliis fere sessilibus, calycibus bractea triplici
auctis. *Gron. virg.* 82.
Cytisus procumbens americanus, flore luteo, ramosissi-
mus, qui Anil suppeditat. *Pluk. alm.* 129. t. 86. f.
2. *Ehret.* 1. 1. f. 3.
Habitat in Barbados, Virginia.

- lupinoides.* 6. SOPHORA foliis ternatis petiolatis: foliolis ovalibus pilosis.
Sophora foliis ternatis, spica verticillata. *Amæn. acad.* 2., p. 350. *
Habitat in Camtschatca. G. Demidoff.

ANAGYRIS.

- acida.* 1. ANAGYRIS. *Clus. hist.* 1. p. 93.
Anagyris floribus lateralibus. *Roy. lugdb.* 371.
Anagyris foetida. *Bauh. pin.* 391.
Habitat in Italiae, Siciliae, Hispaniae montibus. †

CERCIS.

- Siliquastrum* 1. CERCIS foliis cordato-orbiculatis glabris. *Hort. cliff.* 156. *Hort. ups.* 99. *Roy. lugdb.* 463.
Siliqua sylvestris rotundifolia. *Bauh. pin.* 402.
Arbor judæ. *Dod. pempt.* 786.
Habitat in Italia, Hispania, Narbona. †
- canadensis.* 2. CERCIS foliis cordatis pubescentibus. *Hort. cliff.* 156. *Hort. ups.* 99. *Roy. lugdb.* 463. *Gron. virg.* 472.
Ceratia agrestis virginiana, folio rotundo minori. *Raj. dendr.* 100.
Habitat in Virginia. †

BAUHINIA.

- scandens.* 1. BAUHINIA caule cirrhifero.
Clematis indica, folio bifido, flore fructuque carens arborea transcendens. *Raj. suppl.* 328.
Naga-mu-valli. *Rheed. mal.* 8. p. 57. t. 29.
Habitat in Malabaria. †
- aculeata.* 2. BAUHINIA caule aculeato. *Hort. cliff.* 156. t. 14.
Roy. lugdb. 463.
Plumeria aculeata, folio rotundo & emarginato. *Plum. gen.* 23.
Habitat in America calidiore. †
- divaricata.* 3. BAUHINIA foliis ovatis: lobis divaricatis.
Bauhinia foliis quinquenerviis: laciniis acuminatis remotissimis. *Hort. cliff.* 156. t. 15. *Roy. lugdb.* 464.
Habitat in America. †
- angulata.* 4. BAUHINIA foliis ovatis: lobis parallelis.
Bauhinia foliis ovatis oblongis recta linea bifidis. *Hort. cliff.* 157.
Habitat in America. †
5. BAU-

5. BAUHINIA foliis cordatis: lobis coadunatis obtusis. *variegata*.
 Arbor f. Thomæ f. Affitra. *Zanon. hist.* 26. t. 15.
 Chovanna-mandaru. *Rheed. mal.* 1. p. 57. t. 32. *Raj. hist.* 1751.
Habitat in Malabariæ, Maderæ arenosis. ♪
Corollæ patentis: Petalis ovatis, acutis, roseis, luteo purpureoque variegatis.
6. BAUHINIA foliis subcordatis bipartitis rotundatis sub-*purpurea*,
 tus tomentosis.
 Chovanna-mandaru. *Rheed. mal.* 1. p. 59. t. 33.
Habitat in Indiæ arenosis. ♪
Flores patentis, purpurascens: Petalis lanceolatis, distantibus.
7. BAUHINIA foliis cordatis: lobis femiorbiculatis to-*tomentosa*,
 mentosis.
 Bauhinia foliis cordato-subrotundis: laciniis rotundatis.
Hort. cliff. 157. *Hort. ups.* 99. *Fl. zeyl.* 147. *Roy. lugdb.* 464.
 Bauhinia foliis subrotundis, flore flavescens striato.
Burm. zeyl. 44. t. 18.
 Mandaru maderaspatense, foliis firmioribus bifidulis glabritie splendentibus. *Pluk. alm.* 240. t. 44. f. 6.
 Chauschena-pou. *Rheed. mal.* 1. p. 63. t. 35.
Habitat in India. ♪
Corollæ campanulata, albo flavescens: Petalis obovatis
8. BAUHINIA foliis ovatis: lobis acuminatis semiovatis. *асышната*.
 Bauhinia inermis, foliis cordatis semibifidis: laciniis acuminato-ovatis erectis dehiscentibus. *Hort. cliff.* 157.
Fl. zeyl. 148.
 Sennæ spurix aut Asphaltis affinis arbor siliquosa, foliis bifidis. *Sloan. jam.* 150. *hist.* 1. p. 51.
 Velutta-mandaru. *Rheed. mal.* 1. p. 61. t. 34. *Raj. hist.* 1751.
Habitat in Indiis. ♪
Corollæ campanulata, albæ: Petalis obtusi.

PARKINSONIA.

1. PARKINSONIA. *Hort. cliff.* 157. t. 13. *Hort. ups.* *aculeata*
 99. *Roy. lugdb.* 465.
 Parkinsonia aculeata, foliis minutis uni costæ adnexis.
Plum. gen. 25.
 Parkinsonia aculeata, foliis minuscæ uni costæ affixis.
Walth. hort. 6. t. 13.
Habitat in America calidiore. ♪ CAS-

CASSIA.

* *Sennæ.*

- diphylla.* 1. CASSIA foliis conjugatis, stipulis cordato-lanceolatis. *Habitat in India.* ☉
Frutex Caule tereti. Folia conjugata s. duo in petiolo brevi, semiorbiculata, obtusa, striata. Stipulæ cordato-lanceolatae, totos ramos obtegentes.
- Abfus.* 2. CASSIA foliolis bijugatis ovatis. *Fl. zeyl.* 153. *
Senna quadrifolia, siliqua plana hirsuta, flore aureo tangvino. *Burm. zeyl.* 212. t. 97.
Senna exigua maderaspatana tetraphylla siliquifera glabra, florum pediculis ad exortum foliorum propendentibus. *Pluk. alm.* 341. t. 60. f. 1.
Loto affinis ægyptiaca. *Baub. pin.* 332
Habitat in India, Ægypto. ☉
- Tagera.* 3. CASSIA foliolis bijugatis, stipulis ciliatis.
Cassia 6, *Senna spuria tetraphylla* arborefcens, siliquis tenuibus longissimis pendulis. *Amm. herb.* 603. n. 33?
Tagera. *Rheed. mal.* 2. p. 103. t. 52? *Raj. hist.* 1743?
Habitat in India.
Fruticulus procumbens: Ramis filiformibus. Petioli brevissimi; Folia quatuor semiorbiculata, venosa, quarum duo exteriora majora. Stipulæ cordatæ s. cordato-lanceolatae, marginè pilosæ.
- Tera.* 4. CASSIA foliolis trijugatis ovatis: exterioribus majoribus; glandula subulata inter inferiora. *Roy. lugdb.* 468. *Fl. zeyl.* 152. *Hort. upf.* 100.
Cassia humilis, siliquis scœnu græci. *Plum. spec.* 18.
Cassia siliqua quadrangulari. *Dill. eth.* 72. t. 63. f. 73.
Habitat in India. ☉
Caules & Petioli scabri. Stipulæ lineares, acuminatæ, pilosæ. Glandulæ acuminatæ, apice fuscæ, inter singula paria 2 inferiora. non vero inter extremum par sita.
- bicapsularis.* 5. CASSIA foliolis trijugatis obovatis glabris: interioribus rotundioribus minoribus: glandula interjecta globosa. *Hort. cliff.* 159. *Hort. upf.* 100. *Roy. lugdb.* 468.
Cassia hexaphylla, siliqua bicapsulari. *Plum. spec.* 18.
Habitat in India. ☉
Arborefcens est, & glaberrima. Foliola interiora breviora
- emarginata.* 6. CASSIA foliolis trijugatis ovatis rotundatis emarginatis æqualibus. *Hort. cliff.* 159. *Roy. lugdb.* 467.

- Cassia minor hexaphylla fruticosa, sennæ foliis. *Sloan. jam.* 146. *hist.* 2. p. 44. t. 180. f. 1. 2. 3. 4. *Raj. dendr.* 110.
Habitat in Caribæis. ♀
7. CASSIA foliolis trijugatis ovatis obtusiusculis. *obtusifolia.*
 Cassia foetida, foliis sennæ italicæ. *Dill. elth.* 71. t. 62. f. 72.
 Cassia minor herbacea plerumque hexaphylla, folio obtuso. *Sloan. jam.* 143. *hist.* 2. p. 47. t. 180. f. 5?
Habitat in Cuba. ☉
8. CASSIA foliolis trijugatis quadrijugatisque subovatis. *Senna.*
Hort. cliff. 159. *Mat. med.* 200. *Roy. lugdb.* 468.
 Senna Alexandrina f. foliis acutis. *Baub. pin.* 397.
Morif. hist. 2. p. 201. f. 2. t. 24. f. 1.
- ☉ Senna italica f. foliis obtulis. *Baub. pin.* 397. *Morif. hist.* 2. p. 200. f. 2. t. 24. f. 2.
 Senna. *Dod. pempt.* 361.
Habitat in Ægypto. ☉
9. CASSIA foliolis quadrijugatis ovato-lanceolatis retro-falcatis.
 falcatis: glandula baseos petiolorum. *Hort. cliff.* 159.*
Habitat in America. ☉
10. CASSIA foliolis quinquejugatis ovato-lanceolatis *occidentalis.*
 margine scabris: exterioribus majoribus; glandula baseos petiolorum.
 Cassia foliolis quatuor parium ovato-lanceolatis, glandula baseos petiolorum. *Hort. cliff.* 159. *Roy. lugdb.* 467.
 Senna occidentalis, odore opii viroso, orobi pannonici foliis mucronatis, glabra. *Comm. hort.* 1. p. 51. t. 26.
Habitat in Jamaica.
 Caulis sesquipedalis, punctis vagis scaber, exaratus decorum a singulo petiolo sulcis duobus. Folia superiora foliolis quinquejugatis, ovato lanceolatis, glabris margine scabris, acuminatis, exterioribus sensim majoribus, foetidis. Racemus terminalis. Flores lutei absque macula.
11. CASSIA foliolis quinquejugatis ovato-lanceolatis glabris, glandula baseos petiolorum. *planiflora.*
 Cassia siliquis planis. *Plum. spec.* 18.
Habitat in America calidiore.
12. CASSIA foliolis quinquejugatis ovatis acuminatis *fiuta.*
 glabris, petiolis eglandulosis. *Fl. zeyl.* 149. *Mat. mea.* 199.
 A 2 5 CAS-

Cassia foliolis quinque parium lanceolatis: extimis minoribus. *Hort. cliff.* 158.

Cassia fistula alexandrina. *Baub. pin.* 405. *Comm. hort.* 1. p. 215. t. 110.

Conna. *Rheed. mal.* 1. p. 37. t. 21.

Habitat in India, Ægypto.

hirsuta.

13. CASSIA foliolis sexjugatis ovatis acuminatis lanatis. *Hort. cliff.* 159. *Roy. lugdb.* 467.

Cassia americana fœtida, foliis amplioribus villosis. *Tournef. inst.* 619.

Senna occidentalis, odore opii viroso, foliis orobipannonici mucronatis hirsutis. *Herm. lugdb.* 556.

Habitat in America.

ligustrina.

14. CASSIA foliolis septemjugatis lanceolatis: extimis minoribus, glandula baseos petiolorum. *Hort. cliff.* 199. *Hort. ups.* 100. *Gron. virg.* 47. *Roy. lugdb.* 467.

Cassia liguttri folio. *Plum. spec.* 10. *Dill. elth.* 350. t. 269. f. 338.

Cassia bahamensis, pinnis foliorum mucronatis angustis, calyce floris non reflexo. *Mart. cent.* 21. t. 21.

Habitat in Virginia, Bahama. &

alata.

15. CASSIA foliolis octojugatis ovali-oblongis: interioribus minoribus, petioliis eglandulosis, stipulis patulis. *Hort. cliff.* 158. *Hort. ups.* 100. *Roy. lugdb.* 467.

Cassia sylvestris fœtida, siliquis alatis. *Pinin. spec.* 18.

Faba dulcis. *Mer. surin.* 58. t. 58.

Habitat in America calidiore. †

marilandica.

16. CASSIA foliolis octojugatis ovato-oblongis æqualibus, glandula baseos petiolorum. *Hort. cliff.* 159.

Hort. ups. 100. *Roy. lugdb.* 467.

Cassia mimosæ foliis, siliqua hirsuta. *Dill. elth.* 351. t. 260. f. 339.

Cassia marilandica, pinnis foliorum oblongis, calyce floris reflexo. *Mart. cent.* 23. t. 23.

Habitat in Virginia, Marilandia. &

biflora.

17. CASSIA foliolis octojugatis ovalibus emarginatis, glandula mucronata inter intinia. *Hort. cliff.* 159.

Habitat in Indiis. †

cenissima.

18. CASSIA foliolis novemjugatis oblongis, glandula subulata inter infima. *Roy. lugdb.* 478.

Sen-

Senna spuria frutescens, siliquis tenuissimis. *Haxfi mss.*
Habitat in Havana. b

19. CASSIA foliolis decemjugatis lanceolatis, glandula *Sapbera*,
 baseos oblonga. *Fl. zeyl.* 150. *

Senna vigintifolia, siliquis tetetibus. *Burm. zeyl.* 213.
 t. 98.

Ponnam-Tongera. *Rheed. mal.* 2. p. 101. t. 52.

Habitat in India.

20. CASSIA foliolis duodecim-jugatis obtusis acumine, *auriculata*,
 glandulis subulatis pluribus, stipulis reniformibus bar-
 batis. *Fl. zeyl.* 151. *

Senna spuria maderaspatana, caule ad foliorum alas ge-
 minatis subrotundis appendiculis auriculato. *Pluk. alm*
 341. t. 314. f. 4. *Raj. dendr.* 110.

Habitat in India.

21. CASSIA foliolis duodecim jugatis oblongis obtusis *javanica*,
 glabris, glandula nulla.

Cassia fistula javanica, flore carneo. *Comm. hort.* 1. p.
 217. t. 111.

Habitat in India.

Flores mihi non protulit.

* *Chamaecrista foliolis numerosis.*

22. CASSIA foliolis multijugatis, glandula petioli pedi- *Chamaecrista*
 cellata, stipulis ensiformibus. *Hort. ups.* 101.

Cassia foliolis plurimum parium linearibus, stipulis su-
bulatis. *Hort. cliff.* 158. *Gron. virg.* 47.

Chamaecrista pavonis major. *Comm. hort.* 1. p. 53. t.
 37.

Chamaecrista pavonis americana, filiqua multiplici.
Breyn. cent. 64. t. 24.

Habitat in Jamaica, Barbados, Virginia. ☉

Foliola 20; *Peduncellus spatiosus supra petiolum egrediens.*

23. CASSIA foliolis multijugatis linearibus: glandula ba- *minofides*
 seos petiolorum obsoleta, stipulis setaceis. *Fl. zeyl.*
 154. *

Habitat in Zeylona.

Petioli *absque glandula.* Caulis *non flexuosus.* Stipula
lanceolata, seta terminata.

24. CASSIA foliolis multijugatis, stipulis dimidiato-cor- *flexuosa*
 datis.

Senna spuria occidentalis. filiqua singulari, foliis herbæ
 mi-

mimosæ. *Herm. lugdb.* 558. *Sloan. jam.* 150. *Raj suppl.* 18.

Chamæcrista pavonis brasiliæna, filiqua singulari
Breyn. cent. 65. t. 23.

Habitat in Brasilia. ☉

- nictitans.* 25. CASSIA foliolis multijugatis, floribus pentandris.
Cassia calycibus acutis, floribus pentandris. *Hort. cliff*
497. t. 36. *Hort. upf.* 101.
Senna spuria virginiana, mimosæ foliis, floribus parvis
nictitantibus. *Pluk. alm.* 341. t. 314. f. 3.
Habitat in Virginia. ☉

- procumbens.* 26. CASSIA foliis multijugatis, caule procumbente.
Cassia americana procumbens herbacea, mimosæ foliis,
floribus parvis, filiquis angustis planis. *Comm. pe-*
trop. t. 11.
Habitat in Indiis. ☉

POINCIANA.

- pulcherrima.* 1. POINCIANA aculeis geminis. *Hort. upf.* 101.
Poinciana foliis duplicato-pinnatis: foliolis oblongo-
ovatis, caule inermi. *Hort. cliff.* 153. *Fl. zeyl.* 159.
Roy. lugdb. 159.
Frutex pavoninus, *Crista pavonis.* *Breyn. cent.* 61. t.
Flos pavonis. *Mer. sur.* 45. t. 45.
Tinctu-mandaru. *Rheed. mal.* 6. p. 1. t. 1.
Habitat in indiis. ☽

CÆSALPINIA.

- brasiliensis.* 1. CÆSALPINIA foliolis obovatis integerrimis. *Mat.*
med. 205.
Cætalpina polyphylla aculeis horrida. *Plum. gen.* 26.
Pseupo-Santalum croceum. *Sloan. jam.* 213. *hist.* 2. p.
184. t. 132. f. 34. *Raj. dendr.* 132. *Catesb. car.* 2.
p. 51. t. 51.
Habitat in Jamaica, Carolina collibus. ☽
- Crista.* 2. CÆSALPINIA foliis ovatis integerrimis.
Cæsalpinia aculeis recurvis, foliolis ovatis. *Fl. zeyl.*
157. * *Hort. upf.* 102.
Acacia gloriosa, lentisci folio, spinosa, flore spicato lu-
teo, filiqua magna. *Pluk. alm.* 4. t. 2. f. 2.
Christa pavonis, glycyrrhizæ folio, minor repens spi-

nosissima, flore luteo spicato minimo, siliqua latissima echinata. *Breyn. ic. 58. t. 28*

Habitat in Zeylona. †

3. CÆSALPINIA foliolis emarginatis, filamentis lana- *Sappan.*
tis. *Fl. zeyl. 158. * Mat. med. 203.*

Ligno brasiliiano simile. *Bauh. pin. 393.*

Pliam-pangam. *Rheed. mal. 6. p. 3. t. 2.*

Habitat in Indiis. †

4. CÆSALPINIA foliolis emarginatis, leguminibus sul- *vescarea.*
catis ovalibus

Cæsalpina. *Amm. herb. 604.*

Senna spuria arborea spinosa, foliis alatis ramosis f. decompositis, flore luteo, siliquis brevibus sulcatis nigris, sabinæ odore. *Sloan. jam. 149. hist. 2. p. 150. t. 181. f. 12. Raj. dendr. 111.*

Coitea veræ crucis vesicaria. *Pluk. alm. 111. p. 165. t. 3.*

Habitat in America calidiore. †

GUILANDINA.

1. GUILANDINA aculeata, foliolis ovalibus acuminata- *Bonduc.*
tis. *Fl. zeyl. 156. Hort. upf. 101*

Guilandina caule fructuque aculeatis. *Hort. cliff. 158.*

Bonduc vulgare minus polyphyllum. *Plum. gen. 25.*

Arbor exotica spinosa, foliis lentisici. *Bauh. pin. 399.*

Caretti. *Rheed. mal. 6. p. 35. t. 22.*

Habitat in Indiis. †

2. GUILANDINA inermis, foliis subbipinnatis: foliolis *Moringa.*
inferioribus ternatis. *Fl. zeyl. 155. Mat. med. 202.*

Lignum peregrinum aquam cæruleam reddens. *Bauh. pin. 415.*

Moringa zeylanica, foliorum pinnis pinnatis, flore majore, fructu anguloso. *Burm. zeyl. 162. t. 75.*

Morungu *Rheed. mal. 6. p. 19. t. -*

Habitat in Zeylona. †

Semina ex Asia tribus membranis longitudinaliter alata suere, ex Africa vero membranis his carere.

3. GUILANDINA inermis, foliis bipinnatis: basi apice- *dioica.*
que simpliciter pinnatis. *Gen. plant. 2. p. 518.*

Habitat in Canada. †

GUAJACUM.

1. GUAJACUM foliolis bijugatis obtusis.

Gua- *officinale.*

Guajacum foliis pinnatis: foliolis quaternis obtusis. *Hort. cliff.* 187. *Mat. med.* 207.

Guajacum flore cæruleo, fructu subrotundo. *Plum gen.* 39.

Guajacum jamaicense, foliis velut muria conditis spiffius virentibus, flore subcæruleo. *Pluk. alm.* 180. t. 35. f. 4.

Guajacum magna matrice. *Banb. pin.* 448.

Pruno vel Evonymo affinis arbor, folio alato buxco subrotundo. *Sloan. jam.* 186. *hist.* 2. p. 133. t. 222. f. 3. 4. 5. 6.

Arbor ligni Sancti vel Guajacum. *Seb. thes.* 1. p. 86. t. 53. f. 2.

β. Guajacum jamaicense, lentisici subrotundis foliis late virentibus, flore albo. *Pluk. alm.* 180. t. 35. f. 3. *Habitat in Hispaniola, jamaica.* ♀

sanctum.

2. GUAJACUM foliolis multijugatis obtusis. Guajacum foliis pinnatis, foliolis obverse ovatis integerrimis. *Roy. lugdb.* 208.

Guajacum flore cæruleo fimbriato, fructu tetragono. *Plum. gen.* 39.

Guajacum propemodum sine matrice. *Banb. pin.* 448.

Jasminum vulgo americanum s. Evonymo affinis occidentalis, alatis rusci foliis, nucifera, cortice adgenicula fungoso. *Pluk. alm.* 139. t. 94. f. 4.

Habitat in Americis insula s. Johannis de Porto Ricco. ♀

afrum.

3. GUAJACUM foliolis multijugatis acutis.

Guilandinoides. *Hort. cliff.* 489.

Acacia africana, quæ Acaciæ similis, foliis myrti parvis aculeatis pinnatis, flore coccineo tetrapetaloides. *Waltb. hort.* 2. t. 2.

Afra arbor acaciæ similis, foliis myrti aculeatis splendens. *Barb. lugdb.* 2. p. 57.

Habitat in Æthiopia. ♀

CYNOMETRA

cauliflora. 1. CYNOMETRA trunco florifero. *Acl. upf.* 1741. p. 79. *Fl. zeyl.* 166.

Cynomorium. *Rumpf. umb.* 1. p. 163. t. 62.

Habitat in India. ♀

ramiflora. 2. CYNOMETRA ramis floriferis. *Acl. upf.* 1741. p. 79. *Fl. zeyl.* 167.

Cy-

Cynomorium sylvestre. *Rampf. amb.* 1. p. 164. t. 53.

Iripa. *Rheed. mal.* 4. p. 65. t. 31.

Habitat in India. ♀

ANACARDIUM.

1. ANACARDIUM. *Hort. cliff.* 161. *Fl. zeyl.* 165. *occidentale.*

Mat. med. 206. *Hort. ups.* 102. *Roy. lugdb.* 463.

Anacardii alia species. *Baub. pin.* 512.

Pomifera s. potius Prunitera indica, nuce reniformi.

Catesb. car. 3. p. 9. t. 9.

Acaiou. *Pis. bras.* 58. *mant.* 193.

Caschou. *Mer. Jurin.* 16. t. 16.

Kapa-mava. *Rheed. mal.* 3. p. 65. t. 54.

Habitat in Indiis. ♀

DICTAMNUS.

1. DICTAMNUS. *Hort. cliff.* 161. *Hort. ups.* 102. *albus.*

Mat. med. 208. *Roy. lugdb.* 463. *Sauv. monsp.*

232.

Dictamnus albus vulgo *Fraxinella*. *Baub. pin.* 222.

Fraxinella. *Reueal. spec.* 122. t. 121.

Habitat in Germania, Gallia, Italia. ♀

RUTA.

1. RUTA foliis decompositis. *Hort. cliff.* 145. *Hort. graveolens.*

ups. 102. *Mat. med.* 209. *Roy. lugdb.* 461.

Ruta sylvestris major. *Baub. pin.* 336. *Morif. hist.* 2.

p. 507. f. 5. t. 14. f. 3.

β. *Ruta chalepensis tenuifolia*, florum petalis villis scatentibus. *Morif. hist.* 2. p. 507.

Ruta hortensis altera. *Baub. pin.* 336. *Raj. hist.* 874.

γ. *Ruta hortensis latifolia*. *Baub. pin.* 336.

Ruta graveolens hortensis. *Dod. pempt.* 119.

δ. *Ruta hortensis latifolia arbusculæ similis*. *Bærh. lugdb.*

1. p. 260.

Ruta africana maxima. *Schwer. hort.* 24.

Habitat in Europæ australis, Alexandria, Mauritaniæ

sterilibus. ♀

Flos primarius quinquesfidus, reliqui quadrifidi. *Phil.*

Bot. 178.

Confer: Ruta sylvestris minor. *Baub. pin.* 336. *Cam. montana.*

epit. 495. *Ruta montana legitima*. *Clus. hist.* 2. p.

136. *app. alt. fig. structura eadem, facie distincta.*

- patavina.* 2. RUTA foliis ternatis sessilibus.
PseudoRuta patavina trifolia, floribus luteis umbellatis.
Mich. gen. 22. t. 19.
Habitat prope Patavium.
- linifolia.* 3. RUTA foliis simplicibus indivisiis.
Ruta foliis simplicibus solitariis. *Hort. cliff.* 146.
Ruta sylvestris linifolia hispanica. *Bocc. mus.* 2. p. 82
t. 73. *Barr. ic.* 1186.
- β. Ruta montana, foliis integris subrotundis. *Buxb. cent.*
2. p. 30. t. 28. f. 2.
- γ. Ruta orientalis, linearæ folio, flore parvo. *Tournef. cor.*
19. *Buxb. cent.* 2. p. 30. t. 28. f. 1.
Habitat in Hispania; β. in Rodastro; γ. in Media. 2

TOLUIFERA.

- Balsamum.* 1. TOLUIFERA. *Mat. med.* 201.
Balsamum Tolutanum, foliis ceratæ similibus. *Bauh*
pin. 401.
Habitat in America prope Carthagenam. 5

HÆMATOXYLUM

- Campechianum.* 1. HÆMATOXYLUM. *Hort. cliff.* 160. *Roy. lugdb.*
465.
Lignum campechianum; species quædam. *Sloan. jam*
213. *hist.* 2. p. 183. t. 10 f. 1. 2. 3. 4. *Catesb*
car. 3. p. 66. t. 66.
Habitat in Campeche Americæ. 5

ADENANTHERA.

- pavonina.* 1. ADENANTHERA foliis decompositis. *Roy. lugdb.*
462. *Vir. cliff.* 36. *Fl. zeyl.* 160. *
Poinciana foliis duplicato-pinnatis: foliolis alternis. *Hort.*
cliff. 158.
Mandsiadi. *Rheed. mal.* 6. p. 25. t. 14.
Habitat in India. 5

MELIA.

- Azedarach.* 1. MELIA foliis bipinnatis. *Fl. zeyl.* 162.
Melia foliis decompositis. *Hort. cliff.* 161. *Roy. lugdb.*
462.
Azedarach. *Dod. pempt.* 848.
Arbor fraxini folio, flore cæruleo. *Bauh. pin.* 415.
Pseudo-Sycomoros. *Cam. epiz.* 181.

β. Aze

- β. Azedarach sempervirens & florens. *Tournef. inst.* 616. sempervi-
Azadirachta indica, foliis ramolis minoribus, flore al-
bo subæruleo purpurascente majore. *Comm. hort.* 1.
p. 147. t. 76.
Habitat in Syria, β. in Zeylona. β
2. MELIA foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 161. *Fl zeyl.* 161. * *Azadirachta*
Roy. lugdb. 462.
Olea malabarica, fraxini folio. Pluk. alm. 269. t. 247.
f. 1.
Azedarach foliis falcato-serratis. Burm. zeyl. 40 t. 15.
Azadirachta indica, folio fraxini. Breyn. ic. 21. t. 15.
Arbor indica, fraxino similis, oleæ fructu. Baub. pin.
416.
Aria Bepou. Rheed. mal. 4. p. 107. t. 52.
Habitat in India. β

ZYGOPHYLLUM.

1. ZYGOPHYLLUM capsulis prismatico-pentæedris. *Fabago.*
Hort. ups. 103.
Zygophyllum foliis petiolatis. Hort. cliff. 160. *Roy.*
lugdb. 460.
Capparis portulacæ folio. Baub. pin. 480.
Capparis Fabago. Dod. pempt. 741.
Habitat in Syria. 2
Folia ovata, petiolata. Petala obtusa.
2. ZYGOPHYLLUM capsularum angulis compresso-*Morgfani.*
membranaceis.
Fabago triphylla & tetraphylla, flore tetrapetalo, fructu
membranaceo quadrangulari. Burm. afr. 7. t. 3
f. 2.
Fabago capensis frutescens major. Dill. eith. 142. t.
116. f. 141.
Planta africana frutescens, portulacæ foliis, Morgfani
tyrorum, ex brevi pediculo binis. Pluk. amatib. 173.
t. 429. f. 4.
Habitat in Æthiopia. β
Folia obverse ovata, petiolata; Petala acuta.
3. ZYGOPHYLLUM capsulis globoso-depressis. *fessilijulium.*
Zygophyllum foliis sessilibus. Hort. cliff. 160. *Roy.*
lugdb. 460.
Fabago capensis frutescens minor. Dill. eith. 142. t.
116. f. 142.

Fabago humilis quadrifolia glabra, flore albido, fructu rotundo. *Burm. afr.* 4. t. 2. f. 1.

Fabago africana arborefcens, flore fulphureo, fructu rotundo. *Comm. rar.* 10. t. 10.

Habitat in Æthiopia. ♀

Folia *jubseffilia, oblonga.* Petala *crenata.*

sulcum.

4. ZYGOPHYLLUM capsulis ovatis acutis.

Fabago flore luteo, petalorum unguibus rubris, fructu sulcato acuto oblongo. *Burm. afr.* 6. t. 3. f. 1.

Habitat in Æthiopia. ♀

Folia *seffilia.*

coccineum.

5. ZYGOPHYLLUM capsulis cylindricis.

Fabago arabica teretifolia, flore coccineo. *Shaw. afr.* 231. f. 231.

Habitat in Æthiopia.

Folia *teretia.*

spinosum.

6. ZYGOPHYLLUM caule aculeato.

Fabago tenuifolia spinosa, fructu rotundo. *Burm. afr.* 5. t. 5.

Habitat in Æthiopia. ♀

Folia *linearia, acuta.*

FAGONIA.

cretica.

1. FAGONIA spinosa, foliolis lanceolatis planis lævibus.

Hort. ups. 103.

Fagonia spinosa. *Hort. cliff.* 160.

Trifolium spinosum creticum. *Baub. pin.* 330. *prodr.* 142. *Clus. hist.* 2. p. 242.

Habitat in Creta. ☉

hispanica.

2. FAGONIA inermis.

Fagonica hispanica non spinosa. *Tournef. inst.* 265.

Habitat in Hispania. ♀

arabica.

3. FAGONIA spinosa, foliolis linearibus convexis.

Shaw. afr. 229.

Fagonia arabica, longissimis aculeis armata. *Shaw. afr.* 229.

Habitat in Arabia.

TRIBULUS.

maximus.

1. TRIBULUS foliolis quadrijugis: exterioribus majoribus.

Tribulus foliolis trium parium pinnatis. *Hort. cliff.* 160.

Tri-

- Tribulus terrestris major, flore maximo odorato. *Slo. in jem. 90. hist. 1. p. 209. t. 132. f. 1. Raj. suppl. 650.*
Habitat in Jamaicae aridis. ☉
2. TRIBULUS foliolis quinquejugatis subæqualibus. *lanuginosus.*
 Tribulus foliolis quinque parium. *Fl. zeyl. 168. **
 Tribulus terrestris zeylanicus, cauliculis villolis, fructu acuminato. *Burm. zeyl. 226. t. 106. f. 1.*
Habitat in Zeylona.
3. TRIBULUS foliolis sexjugatis subæqualibus. *Hort. terrestris. cliff. 160. Hort. ups. 103. Roy. lugdb. 460. Sauv. monsp. 227.*
 Tribulus terrestris, ciceris folio, fructu aculeato. *Baub. pin. 250.*
 Tribulus terrestris. *Lob. ic. 2. p. 84.*
 Tribulus terrestris minor incanus hispanicus. *Barr. rar. 54. t. 558.*
Habitat in Europa australi ad semitas. ☉
4. TRIBULUS foliolis octojugatis subæqualibus. *Cistoides.*
 Tribulus foliis octo parium pinnatis. *Roy. lugdb. 460.*
 Tribulus terrestris major curassavicus. *Herm. par. 236. t. 236.*
 Tribulus terrestris americanus, argemones flore flavo. *Pluk. alin. 374. t. 64. Raj. suppl. 649.*
Habitat in America calidiore.

MONOTROPA.

1. MONOTROPA floribus lateralibus oclandris; terminali decandro. *Hypopithys.*
Fl. suet. 329. Phil. bot. §. 178.
 Orobanche quæ Hypopithys dici potest. *Baub. pin. 88. prodr. 31.*
 Orobanche Hypopithys lutea. *Mentz. pug. 3. f. 5.*
 Orobanche flore brevior duplici, verbasculi odore. *Morif. hist. 3. p. 504. f. 12. t. 16. f. 20.*
 Orobanche verbasculi odore. *Plot. oxj. 146. t. 9. f. 6.*
Pluk. alin. 273. t. 209. f. 5.
Habitat in Sueciæ, Germaniæ, Angliæ, Canadae sylvis. Parasitica radicum.
2. MONOTROPA caule unifloro decandro. *uniflora*
 Monotropa flore nutante. *Gron. virg. 41.*
 Orobanche monanthos virginiana, flore majore pentapetalo. *Morif. hist. 3. p. 502. f. 12. t. 16. f. 5. mal.*

Orobanche virginiana, flore pentapetalo cernuo. *Pluk. alm.* 273. t. 209. f. 2. *Catesb. car.* 1. p. 36. t. 36. bon.
Habitat in Marilandia, Virginia, Canada.

JUSSIÆA.

- repens.* 1. JUSSIÆA repens, floribus pentapetalis decandris, pedunculis folio longioribus. *Fl. zeyl.* 169.
 Nir-Carambu. *Rheed. mal.* 2. p. 99. t. 51. *Raj. hist.* 1510.
Habitat in India.
- peruviana.* 2. JUSSIÆA erecta, floribus pentapetalis, pedunculis foliosis.
 Onagra laurifolia, flore amplo pentapetalo. *Few. peruv.* 716. t. 11.
Habitat in Lima.
- suffruticosa.* 3. JUSSIÆA erecta villosa, floribus tetrapetalis octandris pedunculatis.
 Ludwigia capsulis oblongis uncilialibus. *Roy. lugdb.* 252.
 Lyfimachia indica non papposa, flore luteo minimo, filiquis caryophyllum aromaticum æmulantibus. *Herm. lugdb.* 396.
 Carambu. *Rheed. mal.* 2. p. 55. t. 49. *Raj. hist.* 1510.
Habitat in India.
- erecta.* 4. JUSSIÆA erecta glabra, floribus tetrapetalis octandris sessilibus. *Fl. zeyl.* 170. *Hort. ups.* 103.
 Ludwigia capsulis oblongis. *Hort. cliff.* 491.
 Lycimachia viscosa glabra, parietariæ foliis, virginiana. *Pluk. alm.* 235. t. 203. f. 4.
 Jasminum catalanicum, flore luteo. *Seb. thes.* 1. p. 42. t. 24. f. 3.
Habitat in America & forte in Virginia. ☉

SCHINUS.

- Myricoides.* 1. SCHINUS foliis simplicibus lanceolatis sinuatis.
Habitat in Æthiopia. ☿
 Frutex panicula diffusa, distinctissimus a Myrica, cui simillimus facie.
- Malle.* 2. SCHINUS foliis pinnatis: foliolis ferratis: impari longissimo, petiolo æquali.
 Schinus foliis ferratis impari longissimo. *Hort. cliff.* 483.
 Lentiscus peruviana. *Baub. pin.* 399.

Len-

- Lentiticus africana. *Seb. thes.* 2. p. 7. t. 5. f. 5.
 Molle. *Clus. monard.* 322. t. 322.
Habitat in Peru. ♪
3. SCHINUS foliis pinnatis, petiolo æquali, foliolis integerrimis æqualibus.
 Molle foliis non ferratis. *Few. peruv.* 3. p. 43. t. 30
 Arœira. *Pis. bras.* 132.
Habitat in Brasilia, Peru. ♪
4. SCHINUS foliis pinnatis:foliolis oblongis,petiolo marginato articulado inermi. *Mat. med.* 533.
 Lauro affinis, jasmini folio alato, costa media membranulis utriusque extantibus alata, ligno duritie ferro vix cedens. *Sloan. jam.* 137. *hist.* 2. p. 25. t. 162. f. 1. *Raj. dendr.* 86.
Habitat in Jamaica campesribus. ♪
Confer Seo f. Sancto. *Kæmpf. amœn.* 892.
5. SCHINUS foliis pinnatis, petiolo marginato articulado truncato, fittus aculeato.
 Schioides petioliis subtus aculeatis. *Hort. cliff.* 489. *
 Rhoi obsoniorum similis leptophyllos tragodes americana spinosa, rachi medio appendicibus aucto. *Pluk. alm.* 319. t. 107. f. 4.?
Habitat in America. ♪
6. SCHINUS foliis pinnatis, petiolo marginato articulado, spinis axillaribus solitariis. *Fl. zeyl.* 175. *
 Malus Limonia india, fructu pusillo. *Raj hist.* 1658.
 Tierou katou Naregam. *Rheed. ma.* 4. p. - - - 12.
Habitat in India utraque. ♪

BARTRAMIA.

1. BARTRAMIA. *Fl. zeyl.* 174. *indica.*
 Triumfetta XIII. *Amm. herb.* 370.
 Lappula benghalensis tetraspermos, ribesii folio, echinis orbicularibus ad foliorum ortum plurimis simul sessilibus. *Pluk. alm.* 206. t. 41. f. 5.
 Agrimonia maderaspatana, folio rotundo singulari subtus incano. *Pet. gaz.* 31. t. 42. f. 10.
Habitat in India. ♪

MELASTOMA.

1. MELASTOMA foliis denticulatis ovatis acutis. *Acinodendron.*
 Melastoma foliis ovato-lanceolatis crenatis nervis quinque
dron.
 B b 3 que

que longitudinalibus: extimis obsoletioribus. *Hort. cliff.* 162.

Acinodendrum americanum pentaneuron, foliis crassis hirsutis ad ambitum rarioribus ferris. *Pluk. mant.* 4. t. 159. f. 1.

Grossularia americana, plantaginis folio amplissimo. *Plum. spec.* 18.

Grossulariæ fructu non spinosa, malabathri foliis longa & rufa lanugine hirsutis, fructu maiore cæruleo. *Sloan. jam.* 165. *hist.* 2. p. 85. t. 197. f. 2.

Habitat in America calidiorē ♀

Grossulariat. dec. 2. MELASTOMA foliis denticulatis ovatis acuminatis: nervis interioribus ante basin coadunatis.

Grossularia alia plantaginis folio, fructu rariore violaceo. *Plum. hist. nss.*

Arbor americana, latiori & acuminato folio trinervio, utrinque glabro & margine leviter crenato. *Pluk. alm.* 40. t. 249. f. 4. 1

Habitat in Surinamo. D. *Bartsch.*

birra. 3. MELASTOMA foliis denticulatis lanceolatis quinque-nervibus, caule hispido.

Grossularia plantaginis folio angustiore hirsuto. *Plum. spec.* 18.

Arbusecula jamaicensis quinquenervis, minutissime denticulatis foliis & caule pubescentibus, *Pluk. alm.* 40. t. 264. f. 1.

Habitat in America meridionali. ♀

holosericea. 4. MELASTOMA foliis integerrimis ovato-lanceolatis subtus sericeis; nervis ante basin coadunatis. *Hort. cliff.* 162.

Acinodendrum americanum, ampliore folio trinervi, inferius alba lanugine incano, maximo utrinque glabro. *Pluk. mant.* 4. t. 250. f. 2.

Arbor racemosa brasiliiana, folio malabathri. *Breyn. cent.* 3. t. 2. 4.

Muiva. *Marcgr. bras.* 117.

Habitat in Brasilia, Jamaica, Surinamo. ♀

malabathi. 5. MELASTOMA foliis lanceolato-ovatis quinque-nervibus scabris. *Fl. zeyl.* 171. *

Melastoma quinquenervia hirta major, capitalis sericeis villosis. *Burm. zeyl.* 155. t. 73

Kadali. *Rheed. mal.* 4. p. 87. t. 42.

Habitat in India. ♀

6. MELASTOMA foliis lanceolatis trinerviis sca-
bris. Fl. zeyl. 172.
 Karou-Kadali. *Rheed. mal.* 4. p. 91, t. 43. *Raj. hist.*
 1493.
Habitat in India. ♀
7. MELASTOMA foliis ovatis trinerviis glabris margi-
 ne hispida. *Fl. zeyl.* 173. *
Habitat in India. ♀

KALMIA.

1. KALMIA foliis ovatis, corymbis terminalibus. *Gen. latifolia*
nov. 1079. *
 Andromeda foliis ovatis obtusis, corymbis corymbosis
 intundibuliformibus, genitalibus declinatis. *Gron. virg.*
 160.
 ChamæDaphne foliis tini, floribus bullatis. *Catesb. car.*
 2. p. 98. t. 98.
 Cistus ChamæRhododendros mariana laurifolia, flori-
 bus expansis summo ramulo in umbellam plurimis.
Pluk. alm. 49. t. 379 f. 6.
Habitat in Marilandia, Virginia, Pensylvania. ♀
2. KALMIA foliis lanceolatis, corymbis lateralibus *angustifolia*
Gen. nov. 1079. *
 Azalea foliis lanceolatis integerrimis non nervosis gla-
 bris, corymbis terminalibus. *Gron. virg.* 21.
 ChamæDaphne sempervirens, foliis oblongis angustis,
 foliorum fasciulis oppositis. *Catesb. car.* 3. p. 17. t.
 17. f. 1.
 Cistus sempervirens laurifolia, floribus eleganter bulla-
 tis. *Pluk. alm.* 106. t. 161. f. 3.
 Anonyma. *Cold. noveb.* 100.
Habitat in Pensylvania, Nova Cæsarea, Novoaræo. ♀

LEDUM.

1. LEDUM. *Fl. lapp.* 160. *palustre*
 Ledum foliis linearibus subtus hirsutis, floribus corym-
 bosis. *Fl. succ.* 341. *Mat. med.* 210
 Cistus Ledon foliis rosmarini ferrugineis. *Bauh. pin.*
 467.
 Rosmarinum sylvestre. *Cam. epit.* 546.
Habitat in Europæ septentrionalis paludibus uligino-
sis. ♀

RHODODENDRON.

- ferrugineum* 1. RHODODENDRON foliis glabris subtus leprosis, corollis infundibuliformibus.
 Azalæa maculis ferrugineis subtus adspersa, floribus decandris. *Lemonier. Sauv. monsp.* 57.
 Ledum foliis glabris, flore tubuloso. *Hall. belv.* 417.
 Ledum alpinum, foliis ferrea rubigine nigricantibus. *Baub. pin.* 468. *Raj. hist.* 1005.
 Evonymus theophrasti. *Dalech. hist.* 27.
 Montana aliobrogum lentiscifolia. *Lob. ic.* 366.
Habitat in Alpibus Helveticis, Allobrogicis, Pyrenæis. ♀
- auricum.* 2. RHODODENDRON foliis glabris utrinque nudis, corollis rotatis.
 Chamærhododendros folio glabro majusculo, amplo flore roseo. *Amm. ruth.* 181. t. 21.
Habitat in Dauria.
- hirsutum.* 3. RHODODENDRON foliis ciliatis nudis, corollis infundibuliformibus.
 Ledum foliis glabris ciliatis ovatis, flore tubuloso. *Hall. belv.* 418.
 Ledum alpinum hirsutum. *Baub. pin.* 468. *Raj. hist.* 1005.
 Ledum alpinum. *Clus. hist.* 1. p. 82.
 Balsamum alpinum. *Lob. ic.* 468.
Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis, Styriacis. ♀
- Chamæcistus* 4. RHODODENDRON foliis ciliatis, corollis rotatis
 Ledum foliis serpylli ad margines ciliis instar pilosis, flore purpureo. *Mich. gen.* 225. t. 106.
 Chamæcistus hirsuta. *Baub. pin.* 466.
 Chamæcistus VIII. *Clus. hist.* 1. p. 76.
 Cistus pumilus montis baldi. *Baub. hist.* 2. p. 19. *Raj. hist.* 1005.
 Cistus Chamærhododendros foliis confertis ferrea rubigine nitentibus margine pilosis. *Pluk. alm.* 106. t. 23. f. 4.
Habitat in Baldo & prope Salisburgum. ♀
- maximum.* 5. RHODODENDRON foliis nitidis ovalibus margine acuto reflexo.
 Ledum laurocerasi folio. *Amern. acad.* 2. p. 200.
 Chamærhododendros, lauri folio, sempervirens, floribus bullatis corymbosis. *Catesb. car.* 3. p. 17. t. 17. f. 2
Habitat in Virginia. Collinson ♀

Rami & Folia magnitudine & consistentia Padi Laur-
 rocerasi dicti, venis reticulatis inscripta, marginere-
 flexa.

ANDROMEDA.

1. ANDROMEDA pedunculis solitariis lateralibus, co-^{tetragona.}
 rollis campanulatis, foliis oppositis imbricatis obtusis
 revolutis.

Andromeda foliis quadrifariam imbricatis obtusis. *Fl.*
suec. 338.

Andromeda, foliis quadrifariam imbricatis obtusis, ex a-
 lis florens. *Fl. lapp.* 166. t. 1. f. 4. *Hort. cliff.* 163.

Habitat in Alpibus Lapponicis. 2

2. ANDROMEDA pedunculis solitariis terminalibus, ^{hypocædis}
 corollis campanulatis, foliis confertis subulatis.

Andromeda foliis aciformibus confertis. *Fl. lapp.* 165.
 t. 1. f. 3. *Fl. suec.* 337.

Habitat in Alpibus Lapponicis. 2

3. ANDROMEDA pedunculis aggregatis, corollis ova-^{caerulea.}
 tis, foliis sparsis linearibus obtusis planis.

Andromeda foliis linearibus obtusis sparsis. *Fl. lapp.*
 165. t. 1. f. 5. *Fl. suec.* 336. *Hort. cliff.* 163.

Erica folio abietis, flore arbuti. *Buxb. cent.* 4. p. 26.
 t. 53.

Habitat in Lapponiæ Alpibus. 5

4. ANDROMEDA pedunculis aggregatis, corollis cy-^{mariana.}
 lindricis, foliis alternis ovatis integerrimis.

Andromeda foliis ovatis, pedunculis fasciculatis, capsu-
 lis pentagonis apice dehiscentibus. *Gron. virg.* 49.

Arbusecula mariana, brevioribus evonymi foliis pallide
 virentibus, floribus arbutis ex eodem nodo plurimis,
 spicatum uno versu erumpentibus. *Pluk. mant.* 25. t.
 448.

Habitat in Virginia. 5

5. ANDROMEDA pedunculis aggregatis, corollis ova-^{Polifolia.}
 tis, foliis alternis lanceolatis revolutis.

Andromeda foliis alternis lanceolatis margine reflexis.
Fl. lapp. 163. t. 1. f. 3. *Fl. suec.* 335. *Hort. cliff.*

163. *Roy. lugdb.* 440. *Hall. helv.* 416.

Polifolia. *Buxb. act.* 2. p. 345. *cent.* 5. p. 28. t. 49. f. 1.

Erica humilis, rosmarini foliis, unedonis flore, capsula
 cistoide. *Pluk. alm.* 136. t. 175. f. 3.

Habitat in Europæ frigidioris paludibus turfosis. 5

- paniculata.* 6. **ANDROMEDA** racemis secundis nudis paniculatis, corollis subcylindricis, foliis alternis oblongis crenulatis.
 Andromeda foliis ovatis acutis crenulatis planis alternis, floribus racemosis. *Hort. cliff* 162. *Gron. virg.* 48.
 Frutex foliis serratis, floribus longioribus spicatis subviridibus, spica pentagona. *Catesb. car.* 2. p. 43. r. 43.
 Vitis idæa americana, longiori mucronato & creuato folio, floribus urceolatis racemosis. *Pluk. alm* 391.
Habitat in Virginia.
- caecemosa.* 7. **ANDROMEDA** racemis secundis bracteatissimis, corollis gibbo-cylindricis, foliis alternis oblongis serratis.
Habitat in Pennsylvania. Kalm.
Hec differt a priori 1. Racemis minus paniculatis. 2. Bractea sub singulo flore lineari-lanceolata, stricta, flore longiore, viridi, decidua; in precedenti nulla bractea. 3. Capsulis retinentibus stylum, quem antecedens dimittit. 4. Foliis magis serratis.
- arbores.* 8. **ANDROMEDA** racemis secundis nudis, corollis rotundo-ovatis.
 Andromeda arbores, foliis oblongo-ovatis integerrimis, floribus paniculatis nutantibus, racemis simplicissimis.
Gron. virg. 48.
 Frutex foliis oblongis acuminatis, floribus spicatis uno versu dispositis. *Catesb. car.* 1. p. 71. s. 71.
Habitat in Virginia, Carolina. ♀
- calyculata.* 9. **ANDROMEDA** racemis secundis foliaceis, corollis subcylindricis, floribus alternis lanceolatis obtusis punctatis.
 Cistus Ledon s. Andromeda, floribus monopetalis parvis albis tubulosis spicatum in summis ramulis dispositis, foliis & facie vitis idææ, capsula minima sicca quinquepartita. *Gron. virg.* 21. ?
 ChamæDaphne. *Buxb. act.* 1. p. 241. t. 8. f. 1.
Habitat in Virginia, Canada, Sibiria. ♀
 Frutex foliis ovali-lanceolatis, coriaceis, myricæ consistentia, obtusis, marginè recurvis, adspersis punctis, vix conspicuis, callosis, ab utraque parte. Racemi ex ramis propriis, foliolis ovalibus alternis, in quorum ala flos solitarius, pedicellatus. Calyx a basi legitur duobus foliolis ovatis. Flores ad unum latus nutant. Stamina 10, antheris oblongis.

EPIGÆA.

1. EPIGÆA. *Gen. nov.* 1087. repens.
 Memecylum. *Mich. gen.* 13.
 Arbutus foliis ovatis integris, petiolis laxis longitudine
 foliorum. *Gron. virg.* 49.
 Pyrolæ affinis repens fruticosa, foliis rigidis scabritie ex-
 asperatis, flore pentaperaloide fistuloso. *Pluk. alm.*
 309. t. 107. f. 1.
Habitat in Virginia, Canadae pinetis. ♀

GAULTHERIA.

1. GAULTHERIA. *Kalm. Gen. nov.* 1080. f. 6. procumbens.
 Anonyma pedunculis arcuatis. *Cold. noveb.* 98.
Habitat in Canadae sterilibus arenosis. ♀

ARBUTUS.

1. ARBUTUS caule erecto, foliis glabris ferratis, bac- *Unedo.*
 cis polyspermis. *Hort. cliff.* 163. *Roy. lugdb.* 440
Sauv. monsp. 59.
 Arbutus folio serrato. *Bauh. pin.* 460.
 Arbutus. *Cam. epit.* 168.
Habitat in Europa australi. ♀
 Baccæ polyspermæ tuberculis seminum exasperatæ.
2. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis ovatis sub- *acadiensis.*
 ferratis, floribus sparsis, baccis polyspermis.
 Vitis idæa acadensis, foliis alaterni. *Tournef. inst.*
Habitat in Acadia. ♀
3. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis rugosis fer- *alpina.*
 ratis. *Fl. lapp.* 161. *Fl. succ.* 340 *Hort. cliff.* 163
Roy. lugdb. 440. *Hall. helv.* 415.
 Vitis idæa foliis oblongis albicantibus. *Bauh. pin.* 470.
 Vitis idæa. *Clus. hist.* 1. 61.
Habitat in Alpibus Lapponiæ, Helvetiæ, Sibiria. ♀
4. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis integer *Uva ursi.*
 rimis. *Fl. lapp.* 162 t. 6. f. 3. *Fl. succ.* 339. *Mat*
med. 211. *Hort. cliff.* 163. *Roy. lugdb.* 440. *Hall*
helv. 415.
 Uva ursi. *Clus. hist.* 1. p. 63.
 Radix idæa putata & Uva ursi. *Bauh. hist.* 1. p. 524.
 Arbutus noveboracensis Bearberry. *Cold nov.* 104.
Habitat in Europa frigida, Canada. ♀

CLETHRA,

- alnifolia.* 1. CLETHRA. *Gron. virg.* 47.
 Alnifolia americana ferrata, floribus pentapetalis albis
 in spicam dispositis. *Pluk. alm.* 18. t. 115. f. 1. *Catesb.*
car. 1. p. 66. t. 66.
Habitat in Carolina, Virginia, Pensylvania. ♪

PYROLA.

- rotundifolia* 1. PYROLA staminibus adscendentibus, pistillo declina-
 to. *Fl. suec.* 330. *Mat. med.* 212. *Amæn. acad.* 1.
 p. 156.
 Pyrola staminibus & pistillis declinatis. *Fl. lapp.* 169.
 Pyrola foliis integerrimis. *Vir. cliff.* 37. *Roy. lugdb.*
 440.
 Pyrola foliis subrotundis, scapo racemoso. *Hort. cliff.*
 162.
 Pyrola rotundifolia major. *Bauh. pin.* 191.
 Pyrola noveboracensis. *Cold noveb.* 99.
Habitat in Europa septentrionaliore, Virginia, Bra-
 silia. ♀
- minor.* 2. PYROLA floribus racemosis dispersis, staminibus pi-
 stillisque rectis. *It. gotl.* 206. *Fl. suec.* 331.
 Pyrola foliis subrotundis, scapo undique racemoso, geni-
 talibus rectis. *Act. stockh.* 1741. p. 192.
 Pyrola foliis obiter ferratis subrotundis racemosis, flori-
 bus tuba recta. *Hall. helv.* 420.
 Pyrola minor. *Riv. pent.* 149. *Raj. angl.* 3. p. 363.
Habitat in Europa frigidiore. ♀
- secunda* 3. PYROLA racemo unilaterali. *Fl. suec.* 332.
 Pyrola floribus uno versu sparsis. *Fl. lapp.* 168.
 Pyrola folio mucronato ferrato. *Bauh. pin.* 181.
 Pyrola 2 tenerior. *Clus. pan.* 506.
Habitat in Europæ borealis sylvis. ♪
- umbellata.* 4. PYROLA pedunculis subumbellatis. *Fl. suec.* 333.
 Pyrola frutescens, arbuti flore. *Bauh. pin.* 191.
 Pyrola 3 fruticans. *Clus. pan.* 507.
Habitat in Euroqæ, Asiæ & Americæ septentrionalis
 sylvis. ♪
- maculata.* 5. PYROLA pedunculis bifloris.
 Pyrola petiolis apice bifloris vel trifloris *Gron. virg.* 48.
 Pyrola marilandica minor, folio mucronato arbuti. *Pet*
mus. 675.

Pyrola mariana, arbuti foliis angustioribus, trifoliata ad medium nervium linea alba utrinque per longitudinem discurrente. *Pluk. mant.* 157. t. 349. f. 4.
Habitat in Americæ septentrionalis sylvis. b

6. *PYROLA* scapo unifloro. *Fl. lapp.* 167. *Fl. suec.* 334. *uniflora.*
Hall. belv. 420.

Pyrola rotundifolia minor. *Bauh. pin.* 191.

Singulari flore ampliore. *Moris. hist.* 3. p. 505. f. 12.
t. 10. f. 2.

Habitat in Europæ borealis sylvis. z.

DIGYNIA.

ROYENA.

1. *ROYENA* foliis ovatis scabriusculis. *Hort. cliff.* 149. *lucida.*
Roy. lugdb. 411.

Staphylodendron africanum sempervirens, foliis splendentibus. 1. p. 187. t. 96.

Staphylodendrum africanum, folio singulari lucido.

Herm. parad. 232. t. 232.

Pistacia africana. *Pluk. alm.* 298. t. 63. f. 4. t. 317. f. 5.

Habitat ad Cap. b. Spei. b

2. *ROYENA* foliis lanceolatis glabris. *Roy. prodr.* 441. *glabra.*

Royena foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 149.

Vitis idæa æthiopica, buxi minoris folio, floribus albis.

Comm. hort. 1. p. 125. t. 65.

Vitis idæa æthiopica, myrti foliis, flosculis dependentibus. *Pluk. alm.* 391. t. 321. f. 4.

Habitat ad Cap. b. Spei. b

3. *ROYENA* foliis lanceolatis hirsutis. *Roy. lugdb.* 441. *hirsuta.*

Arbutus foliis lanceolatis integerrimis hirsutis. *Hort. cliff.* 163.

Staphylodendrum africanum, folio lanuginoso rosmarini latiore. *Boerb. lugdb.* 2. p. 235.

Habitat ad Cap. b. Spei. b

HYDRANGEA.

1. *HYDRANGEA.* *Gron. virg.* 50. †

arborescens.

Habitat in Virginia. b

Frutex ex ordine *Arbustivarum XIX*, foliis oppositis, floribus in cyma aigelis.

CHRY-

Folia duplici ordine punctorum calloforum notata evadunt albida.

- kurseriana.* 5. SAXIFRAGA foliis aggregatis imbricatis subulatis lævibus, caule subnudo unifloro.
Sedum alpinum, saxifragæ albæ flore. *Bauh. pin.* 284.
Burs. XVI: 6.
Habitat in Tauro, Raftadiensi, &
Facies *Sedi minoris.* Folia *juniperina, dense imbricata, acuta, carinata, glabra.* Caulis *vix digitalis, rufescente hispidus s. glutinosus, foliolis 3. s. 4. alternis, linearibus.* Flos *magnitudine Saxifragæ granulata: venis incarnatis.*
- bryoides.* 6. SAXIFRAGA foliis ciliatis reflexis, caule nudiusculis unifloro.
Saxifraga foliis densissimis, foliolis ciliatis, caule unifloro. *Hall. helv.* 403.
Saxifraga pyrenaica minima lutea musco similis. *Tournef. inst.* 253.
Sedum muscosum. *Bauh. hist.* 3. p. 695. *Sehruch. alp.* 142. t. 21. f. 2.
Sedum ejusdem alpinum quartum. *Col. ecphr.* 2. p. 66. t. 67. f. 1. 2.
Habitat in Alpibus Helveticis, Pyrenaicis.
- bronchialis.* 7. SAXIFRAGA foliis imbricatis subulatis ciliatis spinosis, caule subnudo multifloro.
Habitat in Sibiria.
Stolones *oblongi, confertim imbricati; Foliis planis, subulatis, mucronato-spinosis, spinoso-ciliatis.* Caulis *altus nudiusculus, foliis aliquot minimis mucronatis margine lævibus.* Panicula *parva.*
- stellaris.* 8. SAXIFRAGA foliis ferratis, caule nudo ramoso petalis acuminatis.
Saxifraga foliis lanceolatis dentato-ferratis, caule nudo simplici. *Fl. succ.* 355.
Saxifraga caule nudo simplici, foliis lanceolatis dentatis, petalis acutis. *Fl. lapp.* 175.
Sanicula myosotis, floribus albicantibus fere umbellatis. *Pluk. alm.* 331. t. 58. f. 2. *U. t.* 222. f. 4.
Sedum montanum hirsutum, mucronato & dentato folio, flore albo guttato. *Morif. hist.* 3. p. 478. f. 12. 9. f. 13.
Habitat in Alpibus Spitsbergenfibus, Lapponicis, Helveticis, Styriacis. Westmordandicis.

9. **SAXIFRAGA** foliis ovalibus retusis obsolete serratis *crassifolia*,
petiolatis, caule nudo, panicula conglomerata.
Saxifraga foliis ovalibus crenulatis, caulibus nudis. *Gmel.*
Habitat in Alpibus Sibiria. 2
Radix *crassitie fere digiti*. Folia *fere palmaria, coriacea,*
ovalia, retusa, repanda-crenata, glabra, petiolis longitu-
dine fere foliorum. Panicula *arcta, congesta, in cau-*
le omnino nudo. Flores *purpurascens.* Facies *sequen-*
tis, sed majora omnia & reliqua.
10. **SAXIFRAGA** foliis obovatis crenatis subsessilibus, *ovatis;*
caule nudo, floribus congestis.
Saxifraga foliis subovatis crenatis, caule nudo, floribus-
capitatis. *Fl. succ. 354.*
Saxifraga caule nudo simplici, foliis elliptico-subrotun-
dis crenatis, floribus capitatis. *Fl. lapp. 176, t. 2. f.*
5. 6.
Saxifraga foliis cordato-ovalibus crenatis; corollâ alba,
caule hirsuto aphylo. *Gron. virg. 160.*
Saxifraga foliis oblongo-rotundis dentatis, floribus con-
pactis. *Raj. angl. 3. p. 354. t. 16. f. 1.*
Sempervivum minus dentatum. *Mart. Spitzb. 43. t. F.*
f. A.
Habitat in summis Alpibus Spitzbergenibus, Lapponi-
cis, Arvonicis, Virginia, Canada. 2
11. **SAXIFRAGA** foliis cordato-ovalibus retusis carti- *Genm;*
lagineo-crenatis, caule nudo paniculato. *Hort. cliff.*
*167. **
Genm foliis petiolatis retusis, ora cartilaginea, serrata,
caule ramoso. *Hall. helv. 400.*
Sanicula montana rotundifolia minor. *Bauh. pin. 243.*
brachiata. 7. **BANISTERIA** foliis subovatis, ramis brachiatis, femi-
 nibus introsum angustioribus.

Banisteria foliis subovatis, ramis ramosis, feminibus in-
trosum tenuioribus nullam lacinulam emittentibus

*Hort. cliff. 169. **

Habitat in America. h

TRIOPTERIS.

jamaicensis. 1. **TRIOPTERIS.** *Hort. cliff. 169. **

Triopteris jamaicensis, angusto salicis folio, fructu mi-
nore fusco. Pluk. alm. 377.

Aceri vel Paliuro affinis, angusto oblongo ligultri folio,
flore tetrapetalo herbaceo. Sloan. jam. 138. hist. 2.
p. 27. t. 162. f. 3. Raj. dendr. 94.

Habitat in America-calidiore. h

PENTAGYNIA.

AVERRHOA.

Bilimbi. 1. **AVERRHOA** caudice nudo fructificante, pomis ob-
 longis obtusangulis. *Fl. zeyl. 177. **

Blinbingum teres. Rumpf. amb. 1. p. 118. t. 16.

Bilimbi. Rheed. mal. 3. p. 55. t. 45. 46.

Habitat in India. h

Carambola. 2. **AVERRHOA** axillis foliorum fructificantibus, pomis
 oblongis acutangulis. *Fl. zeyl. 178. **

Mala goënnia, fructu octangulâri pomi vulgaris magni-
tudine. Bauh. pin. 433.

Prunum stellatum. Rumpf. amb. 1. p. 115. t. 35.

Tamara Tonga f. Carambolas. Rheed. mal. 3. p. 51.
t. 43. 44.

Habitat in India. h

acida. 3. **AVERRHOA** ramis nudis fructificantibus, pomis sub-
 rotundis. *Fl. zeyl. 179.*

Neli-pouli. Rheed. mal. 3. p. 57. t. 47. 48. Raj. hist.
1450.

Habitat in India. h

CO-

COTYLEDON

1. COTYLEDON foliis subrotundis planis integerrimis. *Hort. cliff.* 276, *Roy. lugdb.* 454. *orbiculata*
 Cotyledon africanum frutescens incanum, orbicularis foliis. *Herm. lugdb.* 349. *t.* 551. *Morif. hist.* 3. p. 474. *f.* 12. *t.* 7. *f.* 39.
 Cotyledon africana frutescens, folio longo & atigusto, flore flavescente. *Comm. rar.* 23. *t.* 23.
Habitat ad Cap. b. Spei. h
2. COTYLEDON foliis semiglobosis. *Hort. cliff.* 176. *Roy. lugdb.* 454. *hemisphaerica*
 Cotyledon capensis, folio semiglobato. *Dill. elth.* 112. *t.* 95. *f.* 111.
Habitat in Æthiopia. h
3. COTYLEDON foliis ovalibus crenatis, caule spicato. *ferrata*
 Cotyledon foliis radicalibus lanceolatis crenatis: caulinis subulatis. *Hort. cliff.* 497. *Roy. lugdb.* 454.
 Cotyledon cretica, folio oblongo umbriato. *Dill. elth.* 113. *t.* 95. *f.* 112.
Habitat in Creta, Sibiria.
4. COTYLEDON foliis oblongis spinoso-mucronatis, *spinosa*
 caule spicato.
Habitat in Sibiria. D. Gmelin.
 Habitus speciei 3, *Folia integra spina setacea terminata, flores quinquepartiti.*
5. COTYLEDON foliis cucullatis ferrato-dentatis al-
 ternis, caule ramoso, floribus erectis. *umbilicus* ♂
 Cotyledon foliis peltatis. *Vir. cliff.* 39. *Roy. lugdb.* 454.
 Cotyledon flore luteo, radice repente. *Dod. mem.* 265. *repens.* *t.* 73.
 Cotyledon radice tuberosa longa repente. *Morif. præl.* 257. *Raj. hist.* 1878.
 Cotyledon luteum umbilicatum spicatum, radice repente majus. *Morif. hist.* 3. p. 471.
 Umbilicus repens. *Cam. epit.* 858.
- β. Cotyledon vera, radice tuberosa. *Bauh. hist.* 3. p. 683. *tuberosa*
 Cotyledon major. *Bauh. pin.* 285. *Raj. hist.* 1878.
 Cotyledon umbilicus veneris. *Clus. hist.* 2. p. 63.
 Sedum luteum murale spicatum, folio umbilicato rotundo. *Morif. hist.* 3. p. 470. *f.* 12. *t.* 10. *f.* 4.
Habitat in Lulitania. h

- laciniato.* 6. COTYLEDON foliis laciniatis, floribus quadrifidis.
Hort. cliff. 175. *Roy. lugdb.* 454.
 Cotyledon afra, folio crasso lato laciniato, flosculo aureo. *Boerb. lugdb.* 1. p. 288. t. 288.
 Telephium africanum, angustiori folio, flore aurantia-
 co. *Pluk. alm.* 362. t. 228. f. 3.
Habitat in Ægypto. ♪

SEDUM.

* *Planifolia.*

- verticillatum.* 1. SEDUM foliis quaternis. *Aman acad.* 2. p. 252. t. 4. f. 14. *
 Sedum aparines facie, tauromenitanum. *Raj. extr.* 233.
Morif. hist. 3. p. 473.
Habitat in Europa maxime australi, & Sibiria. ♪
- Telephium.* 2. SEDUM foliis planiusculis ferratis, corymbo folioso, caule erecto.
 Sedum foliis planiusculis patentibus ferratis, corymbo terminali. *Hort. cliff.* 176. *H. succ.* 386. *Mat. med.* 217. *Roy. lugdb.* 456.
 Telephium vulgare. *Bauh. pin.* 287
- album,*
purpureum β. Telephium purpureum majus. *Bauh. pin.* 287.
 γ. Telephium purpureum minus. *Bauh. pin.* 287. *prodr.* 133.
- maximum.* δ. Telephium latifolium peregrinum. *Bauh. pin.* 287.
 ε. Sedum foliis ovalibus ferratis, umbellis in alis foliorum.
Hall. belv. 35.
 Telephium hispanicum 1. *Clus. hist.* 2. p. 66.
 Telephium repens, folio deciduo. *Bauh. pin.* 287.
 Anacampteros maxima. *Bauh. hist.* 3. p. 682.
Habitat in Europæ siccissimis. 2
- Anacampteros* 3. SEDUM foliis cuneiformibus integerrimis, caulibus decumbentibus, floribus corymbosis.
 Sedum foliis spathulatis indivisis, umbella terminali.
Sawo. monsp. 77.
 Telephium VI. Cephæa plancii. *Clus. hist.* 2. p. 67.
 Anacampteros minor, rotundiore folio, sempervivens.
Bauh. hist. 3. p. 682.
Habitat in - - - - - 2
- Aiscen.* 4. SEDUM foliis lanceolatis ferratis planis, caule erecto, cyma sessili terminali.
 Sedum foliis planis ferratis, corymbo folioso. *Hort. upf.* 116. *
Ana-

Anacampseros flore flavo. *Ann. rurb.* 96. t. 11.

Habitat in Sibiria. ♀

5. SEDUM foliis cuneiformibus concavis subdentatis *hybridum*.
aggregatis, ramis repentibus, coma terminali. *Hort.*
upf. 116.

Sedum minus repens, chamaedryos foliis, e singulis folio-
sorum alis radices agens. *Ann. rurb.* 93.

Habitat in Tataria ad radices montium uralensium. ♀

6. SEDUM foliis planiusculis angulatis, floribus latera *stellatum*.
libus sessilibus solitariis. *Hort. cliff.* 176. *Roy. lugdb.*
456.

Sedum echinatum vel stellatum, flore albo. *Bauh. hist.*
3. p. 680.

Cotyledon stellata. *Bauh. pin.* 295.

Habitat in Italia, Gallia, Helvetia.

7. SEDUM foliis planis, caule ramoso, floribus panicu- *Cepæa*.
latis. *Hort. cliff.* 176. * *Roy. lugdb.* 456. *Sauv.*
monsp. 76.

Sedum annuum album, oblongo portulacæ minoris fo-
lio. *Morif. hist.* 3. p. 473. f. 12. t. 7. f. 37.

Cepæa. Bauh. pin. 288. *Clus. hist.* 2. p. 68.

Habitat Monspelli, Genevæ. ☉

* *Tercetifolia*

8. SEDUM foliis oppositis ovatis obtusis carnosis, caule *dasyphyllum*
infirmitate, floribus sparsis,

Sedum foliis cordato-ovatis compressis sæpius oppositis,
floribus sparsis. *Sauv. monsp.* 8.

Sedum foliis semiglobosis subovatis sessilibus quadrifa-
ciam umbricatis. *Wachend. ultr.* 391.

Sedum parvum, folio circinato, flore albo. *Bauh. hist.*
3. p. 691.

Sedum minus, folio circinato. *Bauh. pin.* 283. *Morif.*
hist. 3. p. 473 f. 12. t. 7. f. 35.

Aizoon dasyphyllum. Dalech. hist. 1133.

Habitat in Helvetia, Lulitania, Hispania. ☉

9. SEDUM foliis subulatis confertis basi membranacea *repente*.
solutis, floribus cymosis. *Hort. cliff.* 176. *li. gotl.*
178. *fl. suæc.* 388. *Roy. lugdb.* 466. *Gort. gelr.* 268.

Sedum rupestre repens, foliis compressis. *Dill. elth.* 343.
t. 256. f. 333.

10. Sedum minus luteum, folio acuto. *Bauh. pin.* 283.

♀. Se-

2. *Sedum minus luteum*, ramulis reflexis. *Baub. pin.* 283.
Habitat ad radices montium Europæ. ♀
- album. 10. *SEDUM* foliis oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa. *Hort. cliff.* 177. *Fl. suec.* 387. *Roy. lugdb.* 457. *Hall. helv.* 398.
Sedum minus teretifolium album. *Baub. pin.* 283.
Vermicularis f. *Illecebra major.* *Lob. hist.* 205.
Habitat in Europæ petris.
- rubens. 11. *SEDUM* foliis subcylindricis obtusis alternis, cyma semper erecta.
Sedum arvense, flore rubente. *Baub. pin.* 283. *prodr.* 132.
Habitat in Gallia, Italia.
- acre. 12. *SEDUM* foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida. *Hort. cliff.* 177. *Fl. suec.* 389. *Mat. med.* 218. *Roy. lugdb.* 456.
Sempervivum minus vermiculatum acre. *Baub. pin.* 283.
Illecebra f. *Sempervivum tertium.* *Dod. pempt.* 129.
Habitat in Europæ campis siccissimis sterilissimis. ♀
- sexangulare. 13. *SEDUM* foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis. *Fl. suec.* 390.
Sempervivum minus vermiculatum insipidum. *Baub. pin.* 284?
Sempervivum minimum. *Cam. epit.* 856.
Habitat in Europæ borealis campis apricis siccis. ♀
Differt a precedenti, cui simillimum, Foliis sexfariam oblique imbricatis, Ramis nunquam copiosis, ut cespitem constituent, Floribus in singulo ramo cymæ raro ultra tres.
- annuum. 14. *SEDUM* caule erecto solitario annuo, foliis ovatis sessilibus gibbis alternis, cyma recurva. *Fl. suec.* 391.
Sedum minimum non acre, flore albo. *Raj. angl.* 3. p. 270. t. 12. f. 2. *figura tenuis.*
Habitat in Europa boreali. ☉
- villosum. 15. *SEDUM* caule erecto, foliis planiusculis, pedunculisque subpilosis.
Sedum palustre subhirtutum purpureum. *Baub. pin.* 283.
Sedum minus III. f. *palustre.* *Clus. hist.* 2. p. 59.
Habitat in pratis paludosis Germaniæ, Angliæ, Galliæ.

PENTHORUM.

- sedoides. 1. *PENTHORUM.* *Gron. virg.* 51. * *Act. xps.* 1744. p. 12. t. 2.
Habitat in Virginia. ♀. ☉

OXA-

OXALIS.

* *Scapo radicali.*

1. OXALIS scapo unifloro, foliis ternatis, radice squa- *Acetosella,*
moso-articulata. *Hort. cliff.* 175. *Fl. suec.* 385. *Roy.*
lugdb. 458. *Mat. med.* 216.
Oxalis foliis ternatis, scapo unifloro. *Fl. lapp.* 194.
Trifolium acetosum vulgare. *Bauh. pin.* 330.
Trifolium acetosum. *Dod. pempt.* 578.
- β. Oxys flore subcæruleo. *Tournef. inst.* 88.
γ. Oxys flore purpurascente. *Tournef. inst.* 88.
Habitat in Europæ borealis sylvis. 2
2. OXALIS scapo unifloro, foliis ternatis, radice bul- *purpurea.*
bosa. *Hort. cliff.* 175. *Roy. lugdb.* 458.
Oxalidi affinis planta bulbosa africana, flore purpureo
magno. *Breyn. cent.* 102. t. 46.
Oxys bulbosa africana rotundifolia, caulibus & floribus
purpureis amplis. *Comm. hort.* 1. p. 41. t. 21.
Oxys bulbosa trifolia hirsuta, flore albo. *Burm. afr.* 67.
t. 27. f. 3.
Habitat in Æthiopia. 2
3. OXALIS scapo unifloro, foliis ternatis semibifidis: *longiflora,*
lobis lanceolatis.
Habitat in Virginia.
Caulis nudus, simplex, squamis aliquot adpersus, e radice
per terram exit terminatus Umbella ex foliis novem
& flore unico. Folia petiolata, ternata: foliolis sessi-
libus plus quam semibifidis: lobis lanceolatis. Pedun-
culus uniflorus, in medio stipularum pari notatus.
Flos unicus, longus.
4. OXALIS scapo unifloro foliis ternatis bipartitis. *flava,*
Oxalis bulbosa, angustis digitatis foliis, flore solitario
luteo. *Burm. afr.* 68. t. 27. f. 4.
Oxys africana bulbosa, floribus amplis luteis, foliis mi-
nimis hirsutis. *Raj. suppl.* 549.
Oxalis africana bulbosa, foliis simpliciter decaphyllis,
flore flavo. *Burm. afr.* 69. t. 27. f. 5.
Oxalis bulbosa, simplici caule ad summum folioso, flo-
re luteo. *Burm. afr.* 81. t. 30. f. 1.
Habitat in Æthiopia. 2
- γ. OXALIS pedunculis unifloris, caule dichotomo. *incarnata,*
Oxalis caule bulbifero. *Hort. cliff.* 175. *Roy. lugdb.*
458.

Oxys bulbosa æthiopica minor, folio cordato, flore ex albido purpurascente. *Comm. hort.* 1. p. 43. t. 22.
Habitat in Æthiopia. ♀

violacea. 6. OXALIS scapo umbellifero, foliis ternatis obcordatis.

Oxalis caule aphylo, flore purpureo, radice tuberosa rotunda. *Gron. virg.* 161.

Oxys purpurea virginiana, radice liliæ more nucleata. *Pluk. alm.* 274. t. 102. f. 4.

Habitat in Virginia, Canada. ♀

Pcs capræ. 7. OXALIS scapo umbellifero, foliis ternatis bipartitis. Oxalis bulbosa pentaphylla & hexaphylla, floribus magnis luteis & copiosis. *Burm. afr.* 80. t. 29.
Habitat in Æthiopia. ♀

sensitiva. 8. OXALIS scapo umbellifero, foliis pinnatis. *Fl. zeyl* 180.

Oxyoides malabarica sensitiva, caule viridi glabro, flore luteo majore. *Garc. act. angl.* 1730. p. 379. t. 2.

Herba Mimosa malabarientium. *Zan. hist.* 199. t. 61.

Herba viva. *Clus. exot.* 290.

Herba viva foliis polypodii. *Bauh. pin.* 259.

Todda vaddi. *Rheed. mal.* 9. p. 33. t. 19.

Habitat in India.

* * *Foliis caulinis alternis.*

versicolor. 9. OXALIS caule simplici, pedunculo unifloro abbreviato, foliis filiformibus subramosis

Oxalis bulbosa trifolia, foliis linearibus obtusis, flore externe rubro, intus albo. *Burm. afr.* 65. t. 27. f. 1

Oxys africana, foliis tenuissimis in summitate caulis. *Raj. suppl.* 598.

β. Oxys bulbosa africana angustifolia, flore rubro obsoleto amplo. *Raj. suppl.* 548.

Oxys africana, foliis tenuissimis, flore amplo versicolore. *Pluk. amalib.* 169. t. 434. f. 6.

Oxalis bulbosa angustifolia, caule folioso, flore rubro. *Burm. afr.* 66. t. 27. f. 2.

Habitat in Æthiopia. ♀

hirta 10. OXALIS caule ramoso, pedunculis unifloris, foliis sessilibus lanceolatis.

Oxalis caule ramoso, foliis lineari-lanceolatis sessilibus, floribus lateralibus solitariis. *Roy. lugdb.* 532.

Oxalis radice longa fibrosa, caulibus ramosis, foliis ternis angustis, florum petiolis longissimis. *Burm. afr.* 71. t. 28. f. 2.

Oxys

- Oxys africana, hirsutis latioribus foliis, flore magno purpureo. *Pluk. amalth.* 164.
- β. Oxalis bulbosa, foliis angustis ternis hirtis, flore purpureo. *Burm. afr.* 70. t. 28. f. 1.
- Oxys africana bulbosa, flore purpureo, caule folioso. *Raj. suppl.* 599.
- Oxys africana bulbosa, dorychnii monspeliensium parvis foliis, floribus purpureis amplis. *Pluk. amalth.* 164. t. 434. f. 7.
- Habitat in Æthiopia.*
11. OXALIS caule ramoso diffuso, pedunculis umbelliferis. *Hort. cliff.* 175. *Hort. ups.* 116. *Roy. lugdb.* 458. *Sauv. monsp.* 173. *Gort. gelr.* 91.
- Oxys flavo flore. *Clus. hist.* 2. p. 249.
- Trifolium acetosum corniculatum. *Bauh. pin.* 330. luteum minus repens. etjam procumbens. *Morif. hist.* 2. p. 183. f. 2. t. 17. f. 2.
- Habitat in Italia, Sicilia.* ☉
- Conser.* Oxalis lutea annua, floribus dentatis. *Few. per.* 3. p. 49. t. 24.
12. OXALIS caule ramoso erecto, pedunculis umbelliferis. *Gron. virg.* 161.
- Oxys americana erectior. *Tournef. inst.* 80.
- Trifolium acetosum corniculatum luteum majus rectum indicum f. virgineum. *Morif. hist.* 2. p. 184. f. 2. t. 17. f. 3.
- Habitat in Virginia.*
13. OXALIS caule fruticoso, foliis ternatis: intermedio frutescens. petiolato.
- Oxys lutea frutescens, trifolii bituminosi facie. *Plum. spec.* 2.
- Habitat in America meridionali.* †

AGROSTEMMA.

1. AGROSTEMMA hirsuta, calycibus corollam æquantibus, petalis integris nudis. *Cichago.*
- Agrostemma. *Hort. cliff.* 175. *Fl. suec.* 383. *Roy. lugdb.* 449.
- Lychnis segetum major. *Bauh pin.* 204.
- Lolium *Fuchs. hist.* 127.
- Habitat inter Europæ segetes.* ☉

- Cali rosa.* 2. AGROSTEMMA glabra, foliis lineari-lanceolatis, petalis emarginatis coronatis. *Hort. ups.* 115. *
 Lychnis fegetum, Nigella altrum minus glabrum dicta, flore eleganter rubello. *Morif. hist.* 2. p. 543. f. 5. t. 22. f. 32.
 Lychnis foliis glabris, calyce duriore. *Bocc. sic.* 27.
 PseudoMelanthium glabrum siculum. *Raj. hist.* 999.
Habitat in Sicilia. ☉
- Coronaria.* 3. AGROSTEMMA tomentosa, foliis ovato-lacinia-
 tis, petalis integris coronatis. *Hort. ups.* 115.
 Coronaria. *Hort. cliff.* 174. *Roy. lugdb.* 449.
 Lychnis coronaria dioscoridis sativa. *Baub. pin.* 203.
 Lychnis. *Cam. epit.* 569.
Habitat in Italia. ♂
- Flos jovis.* 4. AGROSTEMMA tomentosa, petalis emarginatis.
 Lychnis coronaria sylvestris. *Baub. pin.* 204. *Morif. hist.* 2. p. 540. f. 5. t. 36. f. 2.
 Lychnis umbellifera montana helvetica. *Zan. hist.* 128. t. 51. *Raj. hist.* 993.
Habitat in Helvetia.

LYCHNIS.

- chalconica* 1. LYCHNIS floribus fasciculatis fastigiatis. *Hort. cliff.* 174. *Hort. ups.* 115. *Roy. lugdb.* 449.
 Lychnis hirsuta, flore coccineo, major. *Baub. pin.* 203.
 Flos constantinopolitanus. *Dod. pempt.* 178.
Habitat in Tataria. ♀
- Flos cuculi.* 2. LYCHNIS petalis quadrifidis, fructu subrotundo. *Hort. cliff.* 174. *Fl. succ.* 304. *Roy. lugdb.* 139.
 Caryophyllus pratensis, flore laciniato simplici s. Flos cuculi. *Baub. pin.* 210.
 β. Caryophyllus pratensis, flore pleno. *Baub. pin.* 210.
 Odontites plinii. *Clus. hist.* 1. p. 292. 293.
Habitat in partis Europæ humidiusculis. ♀
- viscaria.* 3. LYCHNIS petalis integris.
 Silene floribus pentagynis, capsulis quinquelocularibus. *Hort. cliff.* 172. *Fl. succ.* 364. *Roy. lugdb.* 445
 Lychnis sylvestris viscosa rubra angustifolia. *Baub. pin.* 205.
 Lychnis sylvestris VI. *Clus. hist.* 1. p. 289.
Habitat in Europæ septentrionalis pratis ficcis. ♀
- alpina.* 4. LYCHNIS petalis bifidis corymbosis.
 Silene floribus corymbosis, caule erecto, foliis lanceolato-linearibus. *Roy. lugdb.* 447.

*Silene lapponica alpina, facie viscaria. Fl. lapp. 185. **
Silene floribus in capitulum congestis. Hall. belv. 376.
t. 7.

Habitat in Alpibus Lapponicis, Heiveticis, Sibiricis, Pyrenaicis. & 3

5. LYCHNIS petalis bifidis, caule dichotomo, folijs sub-*sibirica*.
 hirtis.

Habitat in Sibiria. Gmelin. &

Statura Silenes ruzefiris, sed Radix perennis, Folia minus glabra, & Styli 5 distingvunt plantam.

6. LYCHNIS floribus dioicis. *Hort. cliff. 171. Fl. suec. dioica.*
 361. *Roy. lugdb. 448.*

Cucubalus caule composito, calycibus oblongo-ovatis.
Fl. lapp. 182.

Lychnis sylvestris f. aquatica purpurea simplex. *Bauh. pin. 204.*

Lychnis sylvestris noctiflora alba simplex, calyce amplissimo. *Till. pis. 105. t. 41. f. 1.*

Melandrium plinii genuinum. *Clus. hist. 1. p. 294. mas.*

- β. Cucubalus floribus hermaphroditis pentagynis, capitulis unilocularibus. *Hort. cliff. 170.*

Lychnis sylvestris alba simplex. *Bauh. pin. 204.*

- γ. Lychnis alba multiplex. *Bauh. pin. 204.*

Habitat in Europæ frigide pratis succulentis. &

7. LYCHNIS calyce inflato, corolla calyce brevioris, cau-*apetala*.
 le subuniflora.

Cucubalus caule simplicissimo uniflora, petalis calyce brevioribus. *Fl. suec. 363.*

Cucubalus caule simplicissimo uniflora, corolla inclusa.
Fl. lapp. 181. t. 12. f. 1.

Habitat in Alpibus Lapponicis, Sibiricis.

In Sibiria planta caule multiflora lecta est.

CERASTIUM.

* *Capsulis oblongis.*

1. CERASTIUM foliis connatis. *Hort. cliff. 173. Hort. persoliatum.*
ups. 115. Roy. lugdb. 450.

Myosotis orientalis persoliata, lychnidis folio. *Tournef.*
cor. 18. Dill. elth. 295. t. 217. f. 284.

Habitat in Græcia. ☉

2. CERASTIUM erectum villoso-viscosum. *Hort. cliff. viscosum.*
 174. *Fl. suec. 379. Roy. lugdb. 450.*

Cerastium corolla calyci æquali. *Fl. lapp.* 193.

Myosotis hirsuta altera viscosa. *Vaill. paris.* 142.
t. 30. f. 1.

Alfina hirsuta altera viscosa. *Baub. pin.* 257.

Habitat in Europæ pratis macilentis. ☉

*semidecan-
drum.*

3. CERASTIUM floribus pentandris, petalis emarginatis. *Hort. cliff.* 173. *Fl. suec.* 382. *It. xl.* 17. *Roy. lugdb.* 450. *Gron. virg.* 51. *Gort. gelr.* 90.

Cerastium corolla calyce brevior. *Fl. lapp.* 193.

Cerastium hirsutum minus, parvo flore. *Raj. angl.* 3.
p. 348. t. 15. f. 1.

Myosotis arvensis hirsuta minor. *Vaill. paris.* 142. t. 30. f. 2.

Habitat in campis apricis sterilissimis Europæ borealis. ☉

Filamenta huic 5 sterilia, 5 antherifera.

pentandrum.

4. CERASTIUM floribus pentandris, petalis integris.
Læfl. descr. 26.

Habitat in Hispania.

Planta minima, similis C. semidecandro, a quo differt: colore viridi nec incano. Staminibus 5 fertilibus; nec 5 aliis anthera destitutis. Petalis calyce longe brevioribus lanceolatis acutis; nec acute emarginatis.

arvense.

5. CERASTIUM foliis lineari-lanceolatis obtusis glabris, corollis calyce majoribus. *Fl. suec.* 381.

Cerastium foliis calycibusque hirsutis. *Hort. cliff.* 174.
Roy. lugdb. 450.

Myosotis arvensis hirsuta, flore majore. *Vaill. paris.* 141. t. 30. f. 4.

Caryophyllus arvensis hirsutus, flore majore. *Baub. pin.* 210,

Habitat in Scania & australiori Europa. ☿

dichotomum

6. CERASTIUM foliis lanceolatis, caule dichotomo ramulissimo, capsulis erectis, *Roy. lugdb.* 450.

Lychnis segetum minor. *Baub. pin.* 204.

Alfina corniculata. *Clus. hist.* 2. p. 184.

Habitat inter segetes Hispaniæ. ☉

alpinum.

7. CERASTIUM foliis ovato-lanceolatis, caule diviso, capsulis oblongis.

Cerastium foliis lanceolatis, corollis calyce majoribus.
Fl. suec. 380.

Cerastium foliis lanceolato-ovatis, caule subunifloro.
Roy. lugdb. 451.

Cera-

Cerastium corolla calyce majore. Fl. lapp. 192.
 Alfine myofotis facie, lychnis alpina, flore amplo niveo,
 repens. *Raj. angl.* 3. p. 349. t. 15. f. 2.
Habitat in Alpibus Europæ.

* *Capsulis subrotundis,*

8. CERASTIUM foliis lanceolatis, pedunculis ramosis, *repens.*
 capsulis subrotundis.
Cerastium caule perenni procumbente, foliis lanceolatis
tomentosis. Roy. lugdb. 450.
Cerastium perenne procumbens. Hort. cliff. 174.
Myofotis arvensis, polygoni folio. Vaill. paris. 141. t.
 30. f. 5.
Lychnis incana repens. Bauh. pin. 206.
Habitat in Gallia, Italia. 2
9. CERASTIUM foliis linearibus acuminatis glabris, pe- *strictum.*
 dunculis unifloris subtomentosis, capsulis globosis.
Myofotis caule hirsuto, foliis perangustis glabris, flore
calycem excedente. Hall. helv. 384. t. 5. f. 1.
Alfine alpina subhirsuta, linariæ folio. Scheuch. alp. 2.
 p. 130.
Caryophyllus holosteus alpinus, foliis strictissimis gla-
bris acutis, flore magno. Burf. XI. 119.
Habitat in Alpibus Austriacis, Helveticis.
10. CERASTIUM caule perenni procumbente, foliis *suffruticos-*
 lineari-lanceolatis subhirsutis.
Myofotis tenuissimo folio rigido. Tournef. inst. 205.
Habitat in Europa australi. 5
11. CERASTIUM foliis lanceolatis scabris, petalis cre- *maximum.*
 natis, capsulis globosis.
Habitat in Sibiria. D. Gmelin.
12. CERASTIUM foliis cordatis sessilibus, floribus so- *aquaticum.*
 litariis; fructibus pendulis.
Alfine major. Bauh. pin. 250.
Alfine maxima solanifolia. Mentz. pug. 2. t. 1. f. 3.
Habitat ad littora lacuum Europæ. 2
13. CERASTIUM foliis ovatis subtomentosis, ramis u- *latifolium.*
 nifloris, capsulis globosis.
Caryophyllus holosteus alpinus latifolius. Bauh. pin.
 211. *prodr.* 104.
Habitat in Alpibus Helvetiæ. 2

- tomentosum*. 14. CERESTIUM foliis oblongis tomentosis, pedunculis ramosis, capsulis globosis.
 Cerastium foliislanccolato-linearibus subhirsutis, corolla calycern superante. *Sauv. monsp.* 142.
 Caryophyllus holosteus tomentosus latifolius. *Bauh. pin.* 210. *prodr.* 104.
 ̢. Caryophyllus holosteus tomentosus angustifolius. *Bauh. pin.* 210. *prodr.* 104.
Habitat in Granada. 2

SPERGULA.

- arvensis*. 1. SPERGULA foliis verticillatis, floribus decandris.
Hort. cliff. 173. *Fl. suec.* 377. *Roy. lugdb.* 451.
 Spergula fructu pendulo. *Fl. lapp.* 190.
 Spergula. *Dod. pempt.* 527.
 Alfine Spergula dicta major. *Bauh. pin.* 251.
Habitat in Europæ agris. ☉
- pentandra*. 2. SPERGULA foliis verticillatis, floribus pentandris.
Læst. descr. 23.
 Spergula foliis filiformibus verticillatis raris, seminibus nigris. *Sauv. monsp.* 167.
 Alfine spergulæ facie minima, seminibus emarginatis.
Tourney. inst. 244. *Vaill. paris.* 8.
 Alfine spergulæ facie minima. *Magn. monsp.* 14.
 Arenaria teretifolia verna, flore albo, semine limbo foliaceo cincto. *Rupp. jen.* 101.
 Spergula annua, semine foliaceo nigro circulo membranaceo albo cincto - - - *Morif. hist.* 2. p. 551, *blæs.* 28. *Dill. giff.* 46. *E. N. C. cent.* 5. p. 275. t. 4.
Habitat in Germania, Gallia, Anglia, Hispania. ☉
- nodosa*. 3. SPERGULA foliis oppositis subulatis lævibus, caulibus simplicibus:
 Spergula foliis oppositis, pedunculis simplicibus. *Hort. cliff.* 173. *Fl. suec.* 378. *Roy. lugdb.* 451.
 Alfine nodosa germanica. *Bauh. pin.* 251.
 Alfine palustris, ericæ folio, polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo pulchello. *Pluk. alm.* 23. t. 7. f. 4.
 Polygonum, foliis gramineis, alterum. *Læf. pruss.* 204. t. 64.
Habitat in Europæ frigidioris campis subhumidis. 2

4. SPERGULA foliis oppositis subulatis ciliatis fascicu-*laris*,
latis.
Habitat in Sibiria. D. Gmelin.
5. SPERGULA foliis oppositis linearibus lævibus, pedun-*culis*-*sagittoides*,
culis solitariis longissimis, caule repente.
Alfine tenuifolia, pedunculis florum longissimis. *Vaill.*
parif. 8. Sauv. monsp. 142.
Habitat in Gallia, Sibiria. D. Gmelin.

DECAGYNIA.

NEURADA.

1. NEURADA. *Hort. upf. 117.* *procumbens.*
Chamædrifolia tomentosa marseariensis. *Pluk. alm. 97.*
t. 275. f. 6.
Habitat in Ægypto, Arabia. ☉

PHYTOLACCA.

1. PHYTOLACCA foliis integerrimis. *Hort. cliff. 177. americana.*
Hort. upf. 117. Gron. virg. 161. Roy. lugdb. 222.
Phytolacca vulgaris. *Dill. elth. 318. t. 239. f. 309.*
Solium racemosum americanum. *Pluk. alm. 353. t.*
225. f. 3.
- β. Phytolacca mexicana, baccis sessilibus. *Dill. elth. 218*
t. 239. f. 308.
Habitat in Virginia, Mexico. 2
2. PHYTOLACCA foliis ferratis. †
Nalagu. *Rheed. mal. 2. p. 43. t. 26. Raj. hist. 1635? asiatico,*
Habitat in Malabar.

Classis XI.

DODECANDRIA

Stamina inter XI & XIX inclusive

MONOGYNIA.

ASARUM.

- europæum. 1. ASARUM foliis reniformibus obtusis binis.
Asarum foliis subcordatis petiolatis. *Hort. cliff.* 178. *Fl. succ.* 392. *Mat. med.* 219. *Guett. stamp.* 198. *Roy. lugdb.* 207.
Asarum. *Bauh. pin.* 197. *Cam. epit.* 19.
Habitat in Europæ nemoribus. 2
- canadense. 2. ASARUM foliis reniformibus mucronatis.
Asarum foliis subcordatis petiolatis. *Gron. virg.* 52.
Asarum canadense, mucronato folio. *Morif. hist.* 3. p. 511. f. 13. t. 7. f. 4.
Asarum canadense. *Corn. canad.* 24. t. 25.
Habitat in Canada. 2
An varietas præcedentis; sic suadent Folia bina; dissuadent alia.
- virginicum. 3. ASARUM foliis cordatis obtusis glabris petiolatis.
Gron. virg. 162,
Asarum virginianum, pistolochiæ foliis subrotundis, cyclaminis more maculatis. *Pluk. alm.* 53. t. 78. f. 2.
Morif. hist. 3. p. 511. f. 17. t. 7. f. 3.
Habitat in Virginia, terra Mariana, Carolina. 2
- Hypocistis. 4. ASARUM foliis sessilibus imbricatis, floribus quadridis. *Mat. med.* 220.
Asarum aphyllum squamosum. *Sauv. monsp.* 4.
Hypocistis. *Bauh. pin.* 465. *Cam. epit.* 96. 97. *Clus. hist.* 1. p. 68. 79.
Habitat in Hispania, Lusitania parasitica cisti

GETHYLLIS.

- afra. 1. GETHYLLIS. *Hort. cliff.* 493. *
Habitat in Africa.
Statura Croci.

RHIZOPHORA.

1. RHIZOPHORA foliis ovato-oblongis obtusiusculis integerrimis, calycibus sessilibus, fructibus cylindraceo-subulatis. *Fl. zeyl.* 181. * *conjugata.*
Habitat in India. †
2. RHIZOPHORA foliis ovato-lanceolatis integerrimis, *gymnorhiza.*
radice terræ superimposita.
Rhizophora calycum laciniis persistentibus patentibus
versus fructum incurvatis. *Wackend. ult.* 89.
Candel. *Rheed. mal.* 6. p. 57. t. 31. 32. *Raj. hist.*
1769.
Habitat in Indiæ ripis salis. †
3. RHIZOPHORA foliis obtusis, pedunculis bigeminatis *Candel.*
folio longioribus, fructibus subulatis.
Tserou-Kandel. *Rheed. mal.* 6. p. 63. t. 35. *Raj. hist.*
1770.
Habitat in Indiæ salis. †
4. RHIZOPHORA foliis acutis, fructibus subulato-cla- *Mangl.*
vatis.
Rhizophora segmentis calycum persistentibus reflexis,
fructu acuminato. *Wach. ultr.* 90.
Magles aquatica, foliis subrotundis & punctatis. *Plum.*
gen. 13.
Mangle pyri foliis, cum siliquis longis, ficui indicæ affi-
nis. *Bauh. hist.* 1. p. 415. *Sloan. jam.* 155. *hist.*
2. p. 63.
Peckandel. *Rheed. mal.* 66. p. 91. t. 34. *Raj. hist.*
1770.
Habitat in paludibus Caribæarum, Malabariæ. †
5. RHIZOPHORA fructibus cylindricis obtusis. *cylindrica.*
Kari-Kandel. *Rheed. mal.* 6. p. 59. t. 33. *Raj. hist.*
1770.
Habitat in uliginosis Malabariæ. †

SAMYDA.

1. SAMYDA. *Amœn. acad.* 1. p. 401. * *Guidonia.*
Guidonia, nucis juglandis folio, major. *Plum. gen.* 24.
β Guidonia, nucis juglandis folio, minor. *Plum. gen.* 24.
Habitat in America calidiore. †

GARCINIA.

1. GARCINIA. *Hort. cliff.* 182. *Mangostana*
Man-

Mangostans. *Garc. aff. angl.* 431. t. 1. *Bont. jav.* 115.
 Mangostana. *Rumpf. amb.* 1. p. 132. t. 43.
 Laurifolia javanensis. *Baub. pin.* 461. *Raj. hist.* 1662.
Habitat in Java. †

STYRAX.

- officinale.* 1. STYRAX. *Hort. cliff.* 187. *Hort. upf.* 122. *Mat. med.* 227. *Roy. lugdb.* 265. *Sauv. monsp.* 306.
 Styrox folio mali cotonei. *Baub. pin.* 452.
 Styrox. *Cam. epit.* 38.
Habitat in Syria, Judæa, Italia. †

CRATEVA.

- Topia.* 1. CRATEVA inermis. *Fl. zeyl.* 211.
 Crateva. *Hort. cliff.* 484.
 Apioscorodon f. Arbor americana triphyllos, allii odore, poma ferens. *Pluk. alm.* 34. t. 137. f. 7.
 Nirvala. *Rheed. mal.* 3. p. 49. t. 22.
Habitat in India utraque. †
- Marmelos.* 2. CRATEVA spinosa. *Fl. zeyl.* 212.
 Cucurbitifera trifolia spinosa medica, fructu pulpa cydonii æmula. *Pluk. alm.* 125. t. 170. f. 5.
 Cydonia exotica. *Baub. pin.* 435.
 Covalam. *Rheed. mal.* 3. p. 37. t. 37.
Habitat in India. †

TRIUMFETTA.

- Lappula.* 1. TRIUMFETTA. *Hort. cliff.* 210. * *Hort. upf.* 148.
Roy. lugdb. 476.
 Lappula bermundensis althæoides spicata, fructu orbiculari majore. *Pluk. alm.* 206. t. 245. f. 7.
 Agrimonia lappacea inodora, folio subrotundo dentato.
Sloan. jam. 92. *hist.* 1. p. 211. *Raj. suppl.* 247.
Habitat in Jamaica, Brasilia, Bermudis. †

PEGANUM.

- Harmala.* 1. PEGANUM foliis multifidis. *Hort. upf.* 144.
 Peganum. *Hort. cliff.* 206. *Hort. upf.* 144. *Roy. lugdb.* 461.
 Ruta sylvestris, flore magno albo. *Baub. pin.* 336,
 Harmala. *Dod. pempt.* 121.

Habi-

Habitat in arena Madritii, Alexandriae, Cappadociae, Galatia. 2

2. PEGANUM foliis indivisis.
 Harmala montana daurica perennis multicaulis, polyga-*daurica*.
 læ folio, flore albo. *Amm. ruth.* 91.
 β. Harmala montana, polygalæ foliis, floribus luteis. *Amm.*
ruth. 92.
Habitat in Sibiria. 2

PORTULACA.

1. PORTULACA foliis cuneiformibus, floribus sessili-*oleracea*,
 bus. *Roy. lugdb.* 473. *Gron. virg.* 59. *Hort. upf.*
 146. *Mat. med.* 260. *Dalib. paris.* 158. *Hall. helv.*
 392. *Sauv. monsp.* 168.
 Portulaca foliis cuneiformibus verticillatis sessilibus, flo-
 ribus sessilibus. *Hort. cliff.* 207.
 Portulaca angustifolia sylvestris. *Bauh. pin.* 288.
 β. Portulaca latifolia sativa. *Bauh. pin.* 288.
 Portulaca domestica. *Lob. ic.* 388.
Habitat in Europa australi, India, Ins. Ascensionis,
America, ☉
2. PORTULACA foliis subulatis alternis: axillis pilosis, *pilosa*,
 floribus sessilibus.
 Portulaca foliis linearibus acutis, caule procumbente pilo-
 so. *Roy. lugdb.* 473.
 Portulaca curassavica, angusto longo lucidoque folio,
 procumbens. *Comm. hort.* 1. p. 2. t. 5.
 Portulaca corassavica lanuginosa procumbens. *Herm.*
par. 215. t. 215-
 Portulaca lanuginosa procumbens, vermiculatae foliis,
 americana. *Pluk. alm.* 304. t. 247. f. 7. 5.
 β. Portulaca corassavica lanuginosa, psyllii folio, erectior
 & elatior, flore dilutius rubente. *Herm. par.* 214. t.
 214.
 Portulaca curassavica lanuginosa, kali folio, erectior &
 elatior. *Pluk. alm.* 303. t. 105. f. 4.
Habitat in America meridionali. ☉
 Folia alterna, sed terminalia s. floralia octo in orbem di-
 gesta. Flores sessiles, terminales, calyce bifido, Stami-
 nibus quindecim, Stylo quinquesido.
3. PORTULACA foliis ovatis gibbis, pedunculo multi- *Anacampso-*
 floro, caule fruticoso. *ros.*

Anacampferos foliis ovatis convexis acutiusculis. *Hort. ups.* 146.

Anacampferos foliis acuminatis. *Hort. cliff.* 207. *Roy. lugdb.* 412.

Telephiastrum folio globofo. *Dill. elth.* 375. t. 281. f. 363.

Portulaca africana sempervirens, flore rubicundo. *Comm. hort.* 2. p. 177. t. 89. *Raj. suppl.* 507.

Habitat ad Cap. b. spei. 5

Axillæ foliorum pilosæ sunt, & Folia succulenta conjungunt hanc cum Portulacis, quamvis stamina plurima & Capsula apice debiscens.

Portulacastrum. 4. PORTULACA foliis lanceolatis convexis, pedunculis unifloris.

Portulaca curassavica, angustulo longo lucidoque folio. *Herm. par.* 212. t. 212.

Habitat in Curassao.

Calyx quinquefidus, Capsula horizontaliter dissiliens.

LYTHRUM.

Salicaria. 1. LYTHRUM foliis oppositis cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris.

Lythrum foliis oppositis. *Hort. cliff.* 178. *Fl. succ.* 393. *Roy. lugdb.* 458. *Guett. stamp.* 2. p. 122.

Lythrum floribus verticillatis. *Fl. lapp.* 197.

Lythimachia spicata purpurea. *Baub. pin.* 246.

Lythimachia purpurea communis major. *Clus. hist.* 2. p. 51.

β. Blattaria tubra spicata major, folio subrotundo. *Morif. hist.* 2. p. 490. f. 5. t. 10. f. 11.

γ. Lythimachia trifolia spicata purpurea. *Bocc. mus.* 167.

δ. Lythimachia quadrifolia purpurea, mollioribus & longioribus foliis. *Bocc. mus.* 167.

Habitat in Europa ad ripas aquarum. 2

verticillatum. 2. LYTHRUM foliis oppositis subtus tomentosis subpetiolatis, floribus verticillatis lateralibus.

Lythrum foliis oppositis, floribus verticillatis. *Gron. virg.* 52.

Habitat in Virginia.

petiolatum. 3. LYTHRUM foliis oppositis linearibus petiolatis, floribus dodecandris.

Lythrum foliis petiolatis. *Gron. virg.* 52.

Habitat in Virginia.

4 LY-

4. LYTHRUM foliis oppositis linearibus, floribus oppositis hexandris. *op-lincare.*
 Lythrum foliis linearibus, floribus hexandris solitariis.
Gron. virg. 162.
Habitat in Virginia.
 Caulis filiformis erectus angulatus Foliis oppositis linearibus, terminatus spica majore & duabus lateralibus minoribus compositis ex Floribus oppositis remotis. sub singulis folio. Facies sequentis.
5. LYTHRUM foliis alternis linearibus, floribus hexandris. *Hysopifolia.*
Hort. upf. 118.
 Lythrum foliis alternis. *Hort. cliff. 178. Sauv. monsp. 53. Rov. lugdb. 458. Gort. getr. 271.*
 Salicaria hysopi folio latiore. *Hall. jen. 147. t. 2. f. 3.*
Hysopifolia. Bauh. pin. 218.
 β. *Lysimachia rubra non siliquosa. Bauh. pin. 246*
 γ. *Lysimachia linifolia purpureo-cærulea Bauh. pin. 246.*
Habitat in Germaniæ, Helvetiæ, Angliæ, Galliæ inundatis. ☉
6. LYTHRUM foliis alternis linearibus, floribus tetrapetalis. *kyhmifolia.*
 Lythrum foliis linearibus. *Sauv. monsp. 49.*
 Salicaria minima tenuifolia. *Tournef. inst. 254.*
 Hysopifolia minor s. potius thymifolia maritima. *Bauh. hist. 3. p. 792.*
 Polygonum aquaticum minus. *Barr. ic. 773. f. 2.*
Habitat in Italiæ & G. Narbonensis uliginosis. ☉
 Petala 4, stamina 2, calyx 4dentatus. Folia linearilanceolata, alterna, ima opposita. Flores solitarii axillares. Calyx stipulis 2 lateralibus fulcitus. *D. Sauvages.*
7. LYTHRUM foliis alternis lanceolatis, panicula virgata, floribus dodecandris. *virgatum*
 Salicaria orientalis, falcis folio acutissimo & glabro. *Tournef. cor. 18.*
 Salicaria glabra ramosissima, longissimis & angustissimis foliis. *Ann. ruth. 89.*
 Salicaria glabra, longioribus & angustioribus foliis *Ann. ruth. 88.*
Habitat in Sibiria, Tataria,
 Caulis paniculatus Ramis alternis longis. Flores 2 f. 3 pedicellati ex singula ala alterna racemi.

DIGYNIA.

HELIOCARPUS.

- americanæ*: 1. HELIOCARPUS. *Hort. cliff.* 211. * t. 16.
Habitat in America meridionali. b

AGRIMONIA.

- Eupatoria*. 1. AGRIMONIA foliis caulinis pinnatis, fructibus hispidis. *Hort. cliff.* 179. *Fl. suec.* 394. *Hort. ups.* 118. *Mat. med.* 221. *Gron. virg.* 53. *Roy. lugdb.* 249. *Hall. belv.* 407. *Guett. stamp.* 1. p. 293. *Dalib. paris.* 139.
 Eupatorium veterum f. Agrimonia. *Bauh. pin.* 321.
 Eupatorium. *Fuchs. hist.* 244. *Cam. epit.* 756.
 β. Agrimonia medio modo odorata. *Morif. blaes.*
 γ. Eupatorium odoratum. *Bauh. pin.* 321.
 Agrimonia orientalis humilis, radice crassissima repente.
Tournef. cor. 21.
Habitat in Europæ pratis apricis argillaceis. 2
- Agrimoniæ*. 2. AGRIMONIA foliis caulinis ternatis, fructibus glabris. *Hort. cliff.* 179. *Roy. lugdb.* 241.
 Agrimoniæ similis *Bauh. pin.* 321.
 Agrimonioides. *Col. ecpbr.* 1. p. 145. t. 144. *Boerb. lugdb.* 1. p. 179.
Habitat in Italiæ nemoribus umbrosis humentibus.

TRIGYNIA.

RESEDA.

- Luteola*. 1. RESEDA foliis lanceolatis integris, calycibus quadrifidis.
 Reseda foliis simplicibus lanceolatis integris. *Hort. cliff.* 212. *Vir. cliff.* 49. *Fl. suec.* 439. *Roy. lugdb.* 483. *Dalib. paris.* 160.
 Luteola herba falcis folio. *Bauh. pin.* 100.
 Luturi herba. *Dod. perapt.* 80.
Habitat in Europa ad vias & pagos. ☉
- canescens*. 2. RESEDA foliis subulatis sparsis. *Sauv. monsp.* 48.
 Reseda foliis simplicibus oblongis integris. *Guett. stamp.* 1. p. 225.
 Reseda alba minor. *Bauh. pin.* 100.

Sesamoides salmanticum parvum 2. *Clus. hist.* 1. p. 296. t. 295.

Habitat in Salmantica.

3. RESEDA foliis linearibus basi dentatis, floribus tetragynis.

Reseda linearis foliis. *Baub. pin.* 100. *prodr.* 41. *Burf.* IV. 88.

Reseda, linearis folio, glaucum pyrenaicum, flore flamineo. *Morif. hist.* 3. p. 601. f. 15. t. 1. f. 4.

Reseda, linearis folio, pyrenaica, glauco folio. *Pluk. alm.* 317. t. 107. f. 2. *Raj. suppl.* 511.

Luteola pumila pyrenaica, linearis folio. *Tournef. inst.* 424.

Habitat in Pyrenæis.

4. RESEDA foliis linearibus obtusis, floribus pentagynis. *purpureus*

a. Reseda alba minor 1. *Baub. pin.* 100. *Raj. hist.* 1054.

Sesamoides salmanticum parvum 1. *Clus. hist.* 1. p. 296.

Sesamoides foliis crassis, floribus ex herbaceo purpureiscentibus. *Tournef. inst.* 424.

Habitat in collibus Salmanticis. Montpelii.

5. RESEDA foliis lanceolatis integris, fructibus stellatis. *Sesamoides.*

Sesamoides fructu stellato. *Tournef. inst.* 424.

Habitat Montpelii in Horto Dei.

6. RESEDA foliis pinnatis, floribus tetragynis. *Hort. upf. alba.* 149.

Reseda foliis pinnatis integerrimis. *Hort. cliff.* 212

Reseda maxima. *Baub. pin.* 100. *Lob. hist.* 110.

β. Reseda minor alba, foliis dentatis. *Barr. rar.* 78. t. 588.

Habitat Montpelii. ☉

7. RESEDA foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis. *In ea,*

Hort. cliff. 213. *Hort. upf.* 149. *Roy. lugdb.*

483. *Ital. belv.* 315. *Dalib. paris.* 159. *Gort. gelr.* 310.

Reseda vulgaris. *Baub. pin.* 100. *Raj. hist.* 1053.

Reseda lutea. *Baub. hist.* 3. p. 467.

β. Reseda gallica crispa. *Bocc. sic.* 77. t. 41. f. 3.

Reseda massiliensis, foliis latioribus crispis. *Pluk. alm.* 317. t. 55. f. 4.

Habitat in Europæ australioris montibus cretaceis. ☉

8. RESEDA foliis integris trilobisque. calycibus maxi- *Plyteanus,*

imis. *Hort. cliff.* 412. *Dalib. paris.* 159.

- Refeda floribus trigynis, calycibus maximis hexaphyllis
Hort. upf. 150.
 Refeda minor vulgaris. *Tournef. inst.* 423.
 Refedæ affinis Phyteuma. *Baub. pin.* 100. *prodr.* 42.
t. 42.
 Erucago apula trifida & quinquefolia. *Col. ecphr.* 267.
t. 269.
 β. Refeda minor vulgaris, folio minus inciso. *Tournef.*
inst. 423.
 γ. Refeda minor vulgaris, foliis integris. *Tournef. inst.* 423.
 Phyteuma. *Baub. hist.* 3. *p.* 386. *fig.*
Habitat in Gallia, Italia. ☉

EUPHORBIA.

* *Fruticosa aculeata.*

- antiquorum.* 1. EUPHORBIA aculeata subnuda triangularis articula-
 ta: ramis patentibus. *Hort. cliff.* 196. * *Hort. upf.*
 138. *Fl. zeyl.* 199. *Mat. med.* 154. *Roy. lugdb.*
 194. *Diss. euph.* 1. *
 Euphorbium antiquorum verum. *Comm. hort.* 1 *p.* 23.
t. 12.
 Schadidacalli. *Rheed. mal.* 2. *p.* 81. *t.* 42.
 β. Tithymalus aizoides triangularis & quadrangularis ar-
 ticulofus & spinosus, ramis compressis. *Comm. præl.*
 21. *t.* 55. *f.* 5.
Habitat in India. †
- canariensis* 2. EUPHORBIA aculeata nuda subquingularis, a-
 culeis geminatis. *Hort. cliff.* 196. * *Hort. upf.* 138.
Roy. lugdb. 194. *Diss. euph.* 2. *
 Tithymalus aizoides fruticosus canariensis aphyllus qua-
 drangularis & quingularis, spinis geminis adun-
 cis atronitentibus armatus. *Comm. hort.* 2. *p.* 207
t. 104.
 Tithymalus aizoides lactifluus f. Euphorbia canariensis
 quadrilatera & quingulatera, cerei effigie. *Pluk. alm.*
 370. *t.* 320. *f.* 2.
Habitat in Canariis. †
- heptagona.* 3. EUPHORBIA aculeata nuda septemangularis: spinis
 solitariis subulatis floriferis. *Hort. cliff.* 196. * *Roy.*
lugdb. 194. *Diss. euph.* 6. *
 Euphorbium heptagonum, spinis longissimis in apice fru-
 giferis. *Barb. lugdb.* 1 *p.* 258. *t.* 258.
Habitat - - - †

4. EUPHORBIA aculeata nuda: angulis tuberosis spinis intertinctis. *Diff. euph.* 5. *mammillaris*
 Euphorbium polygonum, aculeis longioribus ex tuberculorum internodiis prodeuntibus. *Isn. act.* 1720. p. 386.
 Tithymalus aizoides africanus, validissimis spinis ex tuberculorum internodiis provenientius. *Comm. præl.* 59. t. 9.
Habitat in Æthiopia. †
Differt ab Heptagona angulis duplicatis torulosis; spina solitaria inter singula tubercula longitudinaliter digesta. Flores non vidi; an ex spinarum apice, ut heptagonæ?
5. EUPHORBIA aculeata nuda multangularis, spinis solitariis subulatis. *Roy. lugdb.* 195. *Diff. euph.* 4. *cereiformis.*
 Euphorbium polygonum spinosum, cerei effigie. *Isnard. act.* 1720. p. 385.
 Euphorbium cerei effigie, caulibus gracilioribus. *Bærh. lugdb.* 1. p. 258.
 Euphorbium aphyllum angulosum, florum coma densissima. *Burm. afr.* 19. t. 9. f. 3.
 Tithymalus africanus spinosus, cerei effigie. *Morif. hist.* 3. p. 245. *Pluk. alm.* 370. t. 231. f. 1.
Habitat in Æthiopia. †
6. EUPHORBIA aculeata nuda multangularis: aculeis geminatis. *Hort. cliff.* 196. * *Hort. ups.* 138. *Roy. lugdb.* 195. *Diff. euph.* 3. * *officinarum*
 Euphorbium polygonum spinosum, cerei effigie. *Isnard. act.* 1720. p. 500. t. 10.
 Euphorbium cerei effigie, caulibus crassioribus spinis validioribus armatum. *Comm. hort.* 1. p. 21. t. 11. *Seb. thes.* 1. p. 29. t. 19. f. 2.
 Euphorbium. *Bauh. pin.* 387.
Habitat in Æthiopia & Africa calidiore. †
7. EUPHORBIA aculeata seminuda: angulis oblique tuberculatis. *Hort. cliff.* 196. * *Hort. ups.* 139. *Fl. zeyl.* 200. *Roy. lugdb.* 194. *Diff. euph.* 7. * *neriifolia.*
 Euphorbium afrum spinosum, foliis latioribus non spinosis. *Seb. thes.* 1. p. 18. t. 9. f. 1.
 Tithymalus aizoides arborefcens spinosus, caudice angulari, nerii folio. *Comm. præl.* 22. 56. t. 6.
 Tithymalus indicus spinosus, nerii folio. *Comra. hort.* 1. p. 25. t. 13.

Ela Calli. *Rheed. mal.* 2. p. 83. t. 43.

Habitat in India. †

* *Fruticosæ inermes.*

(*Vel caulis nec dichotomus, nec umbelliferus* 13. 15.)

Caput medu- 8. EUPHORBIA inermis imbricata tuberculis foliolo
sa lineari instructis. *Hort. cliff.* 197. *Hort. ups.* 139.
Roy. lugdb. 195. *Diff. euph.* 8.

Planta lactaria africana. *Comm. hort.* 1. p. 33. t. 17.

Tithymalus aizoides africanus, simplici squamato caule,
chamænerii folio. *Comm. præl.* 58. t. 8. & p. 23.
57. t. 7.

β. Euphorbium anacantum squamosum, lobis florum triden-
tatis. *Isnard. act.* 1720. p. 502. t. 11.

γ. Euphorbium erectum aphyllum, ramis rotundis, tuber-
culis tetragonis. *Burm. afr.* 16. t. 7. f. 2.

δ. Euphorbium humile procumbens, ramis simplicibus co-
piosis, caule crassissimo tuberoso. *Burm. afr.* 20. t. 10. f. 1.

ε. Euphorbium procumbens, ramis plurimis simplicibus
squamosis, foliis deciduis. *Burm. afr.* 17. t. 8.

ζ. Euphorbium procumbens, ramis geminatis, caule gla-
bro oblongo cinereo. *Burm. afr.* 18. t. 9. f. 1.

Habitat in Æthiopia. †

Distinctissima planta petalis palmatis. †

vinimalis. 9. EUPHORBIA inermis nuda fruticosa filiformis vo-
lubilis: cicatricibus oppositis. *Hort. cliff.* 197. *

Hort. ups. 140. *Diff. euph.* 9. *

Fefel Tavil. *Alp. ægypt.* 190. t. 190. *Dill. elth.* 368.

Habitat in Africæ maritimis. †

mauritanica 10. EUPHORBIA inermis seminuda fruticosa filiformis
flaccida, foliis alternis. *Hort. cliff.* 197. *Hort. ups.*
140. *Roy. lugdb.* 195. *Diff. euph.* 10. *

Tithymalus aphyllus mauritanicæ. *Dill. elth.* 384. t.
289. & 373.

Habitat in Africæ maritimis. †

Tirucalli. 11. EUPHORBIA inermis subnuda fruticosa filiformis
erecta, ramis patulis determinate confertis. *Hort.*
cliff. 197. *Hort. ups.* 139. *Fl. zeyl.* 197. *Roy.*
lugdb. 195. *Diff. euph.* 11. *

Tithymalus indicus frutescens. *Comm. hort.* 1. p. 27.
t. 14.

Tithymalus arborefcens, caule aphylo. *Pluk. phyt.* 319.
f. 9.

TiruCalli. *Rheed. mal.* 8. p. - - t. 44.

Habitat in India. †

12. EUPHORBIA inermis fruticosa, foliis dilliche *Tithymaloi-*
alternis ovatis. *Hort. cliff.* 198. * *Roy. lugdb.* 195. *des.*
Diff. euph. 12. *

Tithymalus curassavicus myrtifolius, flore coccineo mel-
myrtifolia. *littuo. Herm. par.* 234. t. 234.

Tithymalus curassavicus myrtifolius, flore papilionaceo
coccineo parvo *Comm. hort.* 1. p. 31. t. 16. *Pluk.*
alm. 369. t. 230. f. 2.

β. *Tithymaloides laurocerasi folio non serrato.* *Dill. elth.* padifolia.
383. t. 288. f. 372.
Habitat in Curassao, at β. forte in India. β

13. EUPHORBIA inermis, foliis serratis petiolatis dif-^{heterophylla.}
formibus ovatis lanceolatis panduriformibus. *Diff.*
euph. 13.

Tithymalus curassavicus, salicis & atriplicis foliis va-
riis, caulibus viridantibus. *Pluk. alm.* 369. t. 12. f. 6.

Tithymalus curassavicus, salicis & atriplicis foliis hirsu-
tis, caulibus subrubentibus. *Morij. hist.* 3. p. 336.

Habitat in America calidiore.

14. EUPHORBIA foliis oppositis subcordatis petiolatis *cotinisfolia.*
emarginatis integerrimis, caule fruticoso. *Diff. euph.*
15.

Euphorbia inermis, caule fruticoso, foliis oppositis sub-
cordatis emarginatis, petiolis folio longioribus. *Hort.*
cliff. 198. *Roy. lugdb.* 196.

Tithymalus curassavicus, folio cotini triphyllos, petal-
is florum serratis. *Pluk. alm.* 369. t. 230. f. 3.

Tithymalus arboreus curassavicus, cotini folio. *Seb. sches.*
1. p. 75. t. 46. f. 4.

Tithymalus arboreus americanus, cotini folio. *Comm.*
hort. 1. p. 29. t. 15.

Habitat in Curacao. β

15. EUPHORBIA inermis herbacea ramosa, foliis sub-*acymoides,*
cordatis integerrimis petiolo brevioribus, floribus so-
litariis. *Diff. euph.* 14.

Euphorbia inermis, foliis subcordatis obtusis integerrimis
petiolatis, caule ramoso erecto. *Roy. lugdb.* 199.

Habitat in Campechia. *Houß.*

* *Dickotomæ (umbella bifida aut nulla).*

16. EUPHORBIA dichotoma, foliis ferrulatis ovatis ob-*origanoides,*
tusis trinerviis, panicula terminali, caulibus simplici-
bus. *Diff. euph.* 17. *

Habitat in Insula Ascensionis. 2

Planta refert ita Origanum, ut primo intuitu nequeat non pro eo agnosci.

- hypocricifolia* 17. EUPHORBIA dichotoma, foliis serratis ovali-oblongis glabris, corymbis terminalibus, ramis divaricatis. *Diff. euph.* 16. *
- Euphorbia inermis, foliis ovalibus oppositis hinc serratis uniformibus, ramis alternis, caule erectiusculo. *Hort. cliff.* 198. *Hort. ups.* 143. * *Roy. lugdb.* 196. *Gron. virg.* 58.
- Tithymalus erectus, floribus rarioribus, foliis oblongis glabris integris. *Burm. zeyl.* 224. t. 105. f. 2.
- Tithymalus erectus acris, parietariæ foliis glabris, floribus ad caulium nodos conglomeratis. *Sloan. jam.* 82. *hist.* 1. p. 197. t. 126.
- Habitat in India.* ☉
- hirta.* 18. EUPHORBIA dichotoma, foliis ferrulatis ovatis acuminatis, pedunculis capitatis axillaribus, caulibus pilosis. *Diff. euph.* 18. *
- Euphorbia inermis, foliis oppositis ovalibus serratis uniformibus, pedunculis capitatis axillaribus. *Fl. zeyl.* 197. *
- Tithymalus botryoides zeylanicus, cauliculis villosis. *Burm. zeyl.* 223. t. 104.
- Habitat in India.* ☉
- pilulifera.* 19. EUPHORBIA dichotoma, foliis serratis ovali-oblongis, pedunculis bicapitatis axillaribus, caule erecto. *Diff. euph.* 19.
- Tithymalus botryoides erectus, florum capitulis conjugatis & longiori pediculo insidentibus. *Burm. zeyl.* 224. t. 105. f. 1. *Pet. gaz.* t. 87. f. 14.
- Habitat in India.* ☉
- thymifolia.* 20. EUPHORBIA dichotoma, foliis serratis ovali-oblongis, capitulis axillaribus glomeratis subsessilibus, caulibus procumbentibus. *Diff. euph.* 20.
- Tithymalus foliis oppositis oblique cordatis obtusis serratis, pedunculis multifloris. *Fl. zeyl.* 198.
- Tithymalus indicus annuus dulcis, floribus albis, caulibus viridantibus & rubentibus. *Pluk. aim.* 372. t. 113. f. 2.
- β. Tithymalus humilis ramosissimus hirsutus, foliis thymi serratis. *Burm. zeyl.* 225. t. 105. f. 3.
- Habitat in India.* ☉

21. EUPHORBIA dichotoma, foliis serratis oblongis *maculata*,
 pilosis, floribus axillaribus solitariis, ramis patulis.
 Tithymalus f. Chamæfyce altera virginiana, foliis crenatis & macula fusca eleganter notatis. *Pluk. alm.* 372. t. 65. f. 8.
Habitat in America septentrionali. ☉
 Caules dichotomi: Ramis alternis, patentibus, suprapurpurascentibus. Folia ovali-oblonga, triaervia, subpilosa, serrata, altero latere maxima parte integerrima, tenera adhuc planta notata macula fusca. Flores axillares, solitarii, parvi, calyce rufo.
22. EUPHORBIA dichotoma, foliis crenulatis subrotundis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *Diff. euph.* 22. * *Chamæfyce.*
 Euphorbia inermis, foliis oblique cordatis ferrulatis uniformibus, ramis alternis, floribus solitariis. *Hort. cliff.* 198. * *Roy. lugdb.* 196. *Gmel. sib.* 2. p. 237. *Chamæfyce. Baub. pin.* 293. *Clus. hist.* 2. p. 187.
Habitat in Europa australi, Sibiria. ☉
23. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis semicordatis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *Diff. euph.* 21. *Peplis.*
 Euphorbia foliis subrotundis obtusis, floribus solitariis in foliorum alis. *Guett. stamp.* 2. p. 420.
 Peplis maritima, folio obtuso. *Baub. pin.* 293.
 Peplis. *Clus. hist.* 2. p. 187. *Cam. epit.* 970.
 Peplion. *Dalech. hist.* 970.
Habitat in Narbonæ, Hispaniæ maritimis. ☉
24. EUPHORBIA foliis oppositis integerrimis lanceolatis obtusis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *Diff. euph.* 23. * *polygonifolia*
